Fere enim omnia peccata et mala noſtra. ſiue contracta.ſiue acta.reduci poſſunt ad hec tria.

Circa negligentiã autẽ attende ꝙ pmo debet recogitare homo.ſi in ſe fuerit negligẽtia.ſcilicet

Cordis cuſtodiendi.
Tempoꝛ expendẽdi.
Finis intendendi.

Hec enim tria ſunt ab om̃ibꝫ ſumma cũ diligentia obſeruanda.ſcilicet

Ut coꝛ bene cuſtodiat.
Ut temp⁹ vtiliter expendatur.
Ut finis debit⁹ in om̃i ope pſigat.

Scḋo dʒ hõ cogitare ſi negligẽs fuerit in oꝛone.in lectiõe ꝛ in boni opis executiõe In his tribꝫ debet vnuſquiſqꝫ diligẽter ac ſollicite ſe exercere ꝛ excolere.vt poſſit fructum bonũ dare in tpe ſuo.eo ꝙ vnũ horũ ſine altero nequaqꝫ ſufficiat.

Tercio debet cogitare ſollicite ſi negligens fuerit Ad penitendũ. Ad reſiſtenduʒ Ad pficiendũ. Debet eñi vnuſqſqꝫ cũ ſumma diligẽntia deflere culpã cõmiſſam. Repellere tentationẽ diabolicã. Proficere de vna virtute in aliaʒ.vt ſic poſſit ꝑuenire ad terram pmiſſam.

Circa concupiſcentiã aũt debet cogitare homo ſi in eo viuat ſcilicet

Concupiſcentia voluptatis.
Cõcupiſcẽtia curioſitatis.
Concupiſcentia vanitatꝭ. Que ſunt radices totius mali.

Primo igitur recogitanda eſt ꝯcupiſcẽtia voluptatis.que tunc in homine viuit ſi fuerit in eo ſcilicet

Appetitus
Dulcium
Mollium
Carnaliũ
Hoc eſt

Si hõ qrat
Libaria ſapoꝛoſa.
Ueſtimẽta delicioſa.
Oblectamẽta luxurioſa.

Que oĩa nõ ſolũ rephẽſibile eſt appetere cũ ꝯſenſu.ſed etiã dʒ hõ reſpuere pmo motu.

Scḋo recogitanda eſt concupiſcentia curioſitatis ſi viuat vel vixerit in homine. Hoc autẽ dephenditur.

Cũ qs appetit
Scire occulta
Uidere pulchꝛa.
Habere chara.

In oĩbꝫ his eſt viciũ auaricie ꝛ curioſitatꝭ. Multũ rephenſibile eſt hoc in homĩe.

Tercio recogitanda eſt ꝯcupiſcẽtia vanitatis.q̃ tunc viuit in hoĩe.ſi in eo fuerit.

Appetitus
Fauoꝛis.
Laudis.
Honoꝛis.

Que omnia vana ſunt.ꝛ hominẽ vanũ reddunt.ꝛ ita fugienda ſunt ſicut cõcupiſcẽtia mulierũ. Et de omni tali debet conſcientia arguere coꝛ humanũ.

Circa nequiciã autẽ debet cogitare hõ ſi in ſe vigeat vel aliqñ viguerit ſcilicet

Iracundia
Inuidia
Accidia. Que faciunt hoĩem nequã

Primo cogitanda eſt iracundie nequicia.que conſiſtit

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | Aĩo | Coꝛde | | Affectu. |
| In Sigñ | vł i | Facie | vł in | Affatu. |
| | Uerbo | Clamoꝛe | | Effectu. |

Scḋo recogitãda eſt neq̃cia inuidie.

Que i aliena
Proſperitate tabeſcit.
Aduerſitate hilareſcit.
Mendicitate refrigeſcit.

Tercio recogitāda est nequicia accidie. ex qua oriuntur. scilicet
Suspitiōnes male.
Cogitatiōes blasphemie.
Detractiones maligne.
Omnis enī talis nequicia admoduz detestanda est. Ex hac trifaria recordatione triplicata. debet exasperari stimulus cōsciencie. ⁊ amaricari ania. vt possit homo consequi salutē.

v Jpō qualiter exasperari debeat stimulus cōsciencie i recordatiōe peccati. videndū est qualiter sit exacuendus stimulus in circūspectione sui. Tria autem debet homo circa se circūspicere. scilicet
Diem mortis imminentē.
Sanguinē christi recentē.
Faciem iudicis p̄sentē.
In his trib9 acuitur stimulus conscientie contra omne malū.
Pr͞io nāq; acuit͞ dū ɔsiderat hō diē mortis

Quia est
Indeterminabilis.
Inevitabilis.
Irrevocabilis.

Quē si diligent inspiciat. diligentissime laborabit. vt dū temp9 habet purget

Ab omni
Negligentia.
Concupiscentia.
Nequicia.

Quis enim moraret in culpa. qui nō ē certus de die crastina.
Scdō acuit͞ duz ɔsiderat homo sanguinem christi effusum.

Pro
Humano corde excitando.
Eodem abluendo
Ipō mollificādo.

Vel effusum p̄ humana immūdicia mūdificanda. p̄ humana morte viuificāda. ⁊ p̄ humana ariditate fecūdanda. Quis enī tam hebes vt p̄mittat in se regnare culpā negligētie. concupiscentie. vel neqcie. q̄ cogitat se p̄fusum illo p̄cioso sanguine.
Tercio acuit͞ dū ɔsiderat hō faciē iudicis

Que est
Infallibilis.
Inflexibilis.
Infugibilis.

Nullus enī pōt aliq̄ modo fallere ei9 sapientiā. Flectere iusticiā. Effugere vindictaz Quia ḡ nullū bonū irremuneratū. nullum malū impunitū. q̄s nō acuet͞ ex hac cōsideratione contra oīe malū.

p Ost hec videndum est quō stimul9 ɔscientie sit rectificādus in cōsideratione boni. Tria autē sunt bona meditanda. in quorū acq̄sitione rectificat͞ stimulus ɔscientie. scilicet.
Strennuitas contra negligentiā.
Seueritas contra ɔcupiscentiā.
Benignitas contra nequiciā.
His enī trib9 habitis. fit ɔscia bona. mūda ⁊ recta. Et h̄ est qd̄ dr̄ Mich. vi. Indicabo tibi hō q̄d sit bonū. ⁊ q̄d domin9 reqrat a te. Utiq; facere iudiciū ⁊ diligere misc̄diaz et sollicitū ambulare cū deo tuo. In q̄bꝰ verbis tangunt͞ illa tria p̄dicta. Sic͞ ⁊ dn̄s h̄ eadē tāgit i luca xii. Sint lūbi vr̄i p̄cincti.
Primo igit͞ inchoandū est a strēnuitate. q̄ viā p̄bet aliis. Licet aūt eā sic describere Strēnuitas est q̄dā vigor animi excutiēs omnē negligentiā. ⁊ disponens aiam ad faciendū bona opera. scilicet
Uigilanter.
Confidenter.
Eleganter.
Hec est q̄ viā p̄bet ad oīa bona sequētia.
Scdō sequit͞ seueritas. q̄ est quidam vigor animi restringens oēm ɔcupiscentiā. ⁊ habilitans animā. ac feruentē reddens eā ad amorem. scilicet
Asperitatis.
Paupertatis.
Uilitatis.
Tercio sequit͞ benignitas. que est quidā dulcor anime. excludens omnē nequiciaz. ⁊ habilitans animā.

Ad
Beniuolentiā.
Tolerantiam.
Internā leticiā.

Et hic ē termin9 purgatiōis s̄m viā meditationis. Nā oīs ɔscia mūda leta est ⁊ iocūda. Qui igit͞ vult purgari. h̄eat se mō predicto ad stimulū ɔscie. In p̄dicta tn̄ exercitatione a q̄lib3 p̄missoꝝ p̄t inchoari nr̄a meditatio. Trāseundū est etiā ab vno i aliud. ⁊ tādiu imorādū. q̄usq; trāq̄llitas et serenitas acq̄rat͞ ⁊ p̄cipiat͞. ex q̄ orit͞ sp̄ūal͞ iocunditas. Qua adepta p̄mpt9 est anim9 vt sursum tendat. Incipit ḡ via ista a stimulo ɔscie. ⁊ terminat͞ in affectū sp̄ūal͞ leticie. exercet͞ in dolore. ⁊ ɔsummat͞ in amore.

De via illuminatiua.

s Ecundo loco post viā purgatiuam sequit͞ illuminatiua. In q̄ se dz hō

exercere ad radiū intelligentie. hoc ordine. Nam radius intelligentie.

Est
- Primo ptendēd⁹ ad mala dimissa.
- Secundo dilatādus ad beneficia commissa.
- Tercio reflectēd⁹ ad pmia pmissa.

Protenditur autez radius intelligētie ad mala dimissa. dum sollicite pensant mala que domin⁹ indulsit. que tot sunt quot sunt peccata que cōmisimus. z tam magna quantis eramus malis astricti. et quantis bonis priuati. Et hec meditatio satis patet ex precedenti. Nec hoc solum attendendum est quanta mala cōmisimus. sed etiaz considerandū est in quanta mala incidissemus si domin⁹ pmisisset. Et cum hec diligenter pensantur. per radiū intelligētie tenebre nostre illuminant. Et talis illuminatio cōiuncta debet eē gratitudini affectionis. alioquin non est illuminatio celestis ad cuius splendorem videmus sequi calorem. Unde gratie hic agende sunt pro dimissione malorum cōmissorū. vel possibiliū committi.

- Infirmitate.
- Necessitate.
- Uoluntatꝫ puersitate.

Secundo videndū est qualiter iste radius intelligentie dilatet in ꝯsideratiōe beneficiorū cōmissorū. que quidē sunt in triplici genere. Quedā enim

spectāt ad
- Complementū nature.
- Adiutoriū gratie.
- Donū supabundātie.

Ad cōplementū nature spectat quod dedit deus ex parte corpis. scilicet
- Membrorū integritatē.
- Complexionis sanitatē.
- Sexus nobilitatem.

Ex pte sensus dedit
- Uisum pspicuū.
- Auditum acutū.
- Sermonē discretū.

Ex parte aie dedit
- Ingenium clarum.
- Judiciū rectum.
- Animū bonū.

Ad adiutoriū autē gratie spectat primo φ dedit gratiā baptismalē.

Qua
- Deletur culpa.
- Restituit innocentia.
- Confertur iusticia.

Et per hoc dignū facit vita eterna.

Scđo φ dedit gratiā penitentialē.

ꝗntū ad
- Animi voluntatē.
- Tpis oportunitatē.
- Religionis sublimitatē.

Tercio φ dedit graz sacerdotalē. p ꝗm fecit
- Dispensatores doctrine.
- Dispensatores indulgentie.
- Dispensatores eucharistie.

In quibꝫ omnibꝫ ꝭm plus z minus dispensantur verba vite.

Ad donū autē supabundātie spectat φ primo dedit totū mundū. scilicet
- Inferiora ad obsequiū.
- Paria ad meritum.
- Superiora ad patrociniū.

Secundo dedit filium suum.

Et hoc
- In fratrē z amicū.
- In nostrū ꝑcium.
- In cibū quotidianū.

- Primū in incarnatione.
- Secundū in passione.
- Terciū in altaris ꝯsecratione.

Tercio dedit spiritū sanctū.

Et hoc
- In signaculū acceptatōis
- In ꝑuilegiū adoptiōis.
- In anulū desponsatiōis

Et p hoc fecit animā christianā.

Uere
- Suam amicam.
- Suam filiam.
- Suam sponsam.

Hec omnia sunt mira z ineffabilia. et in eorū meditatione ad modū sponse aia debet esse deo grata.

Tercio circa viam illuminatiuā videndū est qualit iste radi⁹ intelligentie p meditationē est reflectēdus. vt ad fontē tot⁹ boni reuertat. recogitādo pmia pmissa. Cōsiderandū est ergo sollicite z frequēter pensandū. φ deus ꝗ nō mentit. credentibꝫ diligentibꝫ se pmisit veraciter.

- Amotionē omniū malorū.
- Associationē omniū sanctoꝝ.
- Impletionē oīm desiderioꝝ ī seipso.

qui origo est z finis oīm bonorum. Qui est tantū bonū φ

Excedit
- Omnē petitionē.
- Oēm desideriū dilatatōez.
- Omnē estimationē.

Et nos tanto bono dignos reputat. si diligim⁹ z appetim⁹ eū sup omnia. z ꝓpter se. Et ideo cū oīni desiderio z affectu ac beniuolētia debemus in ipm tendere.

De via vnitiua z ꝑfectiua.

P Ostremo sequit͛ q̄liter nos exerce/re debem⁹ ad igniculū sapie. Hoc aūt faciendū est h̄ ordine. Quia iste igniculus sapie sollicite ac diligenter.

Est
- Primo ꝯgregandus.
- Scd̄o inflāmādus.
- Tercio subleuandus.

Congregat͛ autē ꝑ reductionē affectōis ab omni amore creature. A cui⁹ amore re/uocari debet affectio. Qm̄ amor creature nō ꝑficit. ꝛ si ꝑficit nō reficit. ꝛ si reficit non sufficit. Jō oīs amor talis ab affectu debet om̄ino elongari. Scd̄o inflāmādus est igniculus iste. ꝛ h̄ ex ꝯuersione affectionis sup amorē sponsi. Et h̄ quidē fit. vl' compa rando ip̄m amorē ad seip̄m. vel ad effectū supnorū ciuiū. vel ad ip̄m sponsum. Tunc autē hoc fit quādo attendit ꝙ ꝑ hunc amo rem potest in nobis suppleri om̄is indigen tia. ꝛ ꝙ per amorē est in beatis omnis bo ni abundantia. et ꝙ per amorē habet͛ ipi⁹ summi desiderabilis ꝑsentia. Hec eñ sūt que affectū inflāmant. Tercio subleuan dus est igniculus iste. ꝛ hoc supra om̄e sen/sibile. imaginabile. ꝛ intelligibile. hoc ordi/ne vt homo immediate de ip̄o quem perfe cte optat diligere.

Primo meditando discat ꝙ ille quē diligit

Nō est
- Uisibilis.
- Audibilis.
- Odorabilis.
- Gustabilis.
- Tāgibilis
- Sensibilis.

Immo totus desiderabilis.

Secundo cogitet ꝙ ille quēm diligendo querit

Nō est
- Terminabilis.
- Figurabilis.
- Numerabilis
- Circūscriptibil'
- Cōmutabilis.
- Jmaginabilis.

Sz tot⁹ de siderabilis.

Tercio cogitet ꝙ ille quem diligit.

Nō est
- Demōstrabilis.
- Diffinibilis.
- Opinabilis
- Estimabilis
- Inuestigabilis.
- Intelligibilis.

Sed tot⁹ de/siderabilis.

Ex his autem liquide patet. qualiter ad sapientiā sacre scripture ꝑueniri potest. me ditando scilicet

Circa viā.
- Purgatiuam.
- Illuminatiuā.
- Perfectiuā.

Et nō solum sacre scripture ꝯtinētia. imo oīs meditatio nr̄a dz versari circa ista. Nā oīs meditatio sapiēt͡ʒ aut est circa opa hūana. cogitādo sci licet q̄d hō fecerit ꝛ q̄d debeat facere. ꝛ que sit rō mouēs. Aut circa opa diuina. cogitā/do scʒ q̄nta de⁹ homini cōmiserit ꝙ oīa fe/cit ꝓpter hoīem. q̄nta dimiserit. ꝛ q̄nta rep/miserit. ꝛ in h̄ claudunt͛ opa creatiōis. repa ratiōis ꝛ glorificatiōis. Aut circa vtrorūq͡ʒ ꝑncipia. q̄ scʒ sunt de⁹ ꝛ aīa. q̄lit͛ hec ad inui cem sunt copulanda. Et in hoc debet stare om̄is meditatio nr̄a. q͛ est finis oīs cogni/tionis ꝛ opationis. ꝛ est sapiētia vera ī qua est cognitio ꝑ verā experientiā. In hmōi autē meditatiōe. tota aīa nr̄a debet esse in/tenta ꝫm vires suas. scʒ ꝫm rationē et syn/deresim. ꝯscientiā ꝛ voluntatē. Nā in hmōi meditatiōe. Rō ꝑcunctādo affert ꝓpositio/nem. Synderesis sententiando ꝑfert diffini tionē. Cōscientia testificādo infert ꝯclusio nē. Volūtas ꝑeligendo defert solutionem. Verbi grā. Si q̄s velit meditari circa viā purgatiuā. debet rō querere q̄d debeat fie/ri de hoīe. q̄ tēplū dei violauit. Syndere/sis rn̄det ꝙ aut dz disꝑdi. aut lamēt͡ʒ pnīe purgari. Conscīa assumit. Tu es ille. g͛ vel oportet te dānari. aut stimulis pnīe affligi. Deinde volūtas ꝑeligit. s. ꝙ recusat dāna/tionē et͛nā. ꝛ assumit volūtarie pnīe lamēta Iuxta hūc modū ī vijs alijs incedēdū ē.

## Sequitur de orōne

quōꝫ ꝑ eā ꝫ veniat͛ ad sapiām sacre scripture.

P Ostq̄͡ʒ dixim⁹ q̄liter ad sapiām ve/ram ꝑuenit͛. legēdo ꝛ meditādo. vi/dendū est nūc qualit͛ ad ip̄am ꝑue/nitur orando. Sciendū aūt est ꝙ in orōne sunt tres grad⁹ siue ptes ip̄am ꝑficiētes.

Quorꝫ
- Prim⁹ est deploratio miserie.
- Scd̄us imploratio miscdie.
- Tercius exhibitio latrie.

Latrie aūt cultū deo exhibere nō possum⁹ nisi ab eo grāꝫ cōsequamur. Misericordi/am vero dei ad dandā grām nō possumus inflectere nisi ꝑ deplorationē ꝛ expositionē nr̄e miserie ꝛ indigentie. Nā oīs ꝑfecta orō debet hr̄e istas tres partes. Nō eñ sufficit vna sine altera. nec ꝑducit ad metā ꝑfectā. ꝛ ideo hec tria sunt semꝑ iungenda.

Deploratio aũt miserie circa q̃mcũq͂ miseriã fit. siue p pperpetratiõe culpe. siue p amissione grẽ. siue p dilatiõe glẽ. hec tria dz hr̃e scz dolorẽ. pudorẽ ꝛ timorẽ. Dolorẽ ꝓpt dãnũ siue incõmodũ. Pudorẽ ꝓpt opprobriuz siue inhonestũ. Timorẽ ꝓpt piculũ siue reatũ. Ex mẽoria em̃ p̃teritoꝝ oriꝛ dolor. dũ recordaꝛ. Quid omisit. q꞉ precepta iusticie. Quid cõmisit. q꞉ ꝓhibita culpe. Quid amisit. q꞉ g̃tuita vite. Ex intelligẽtia p̃ñtium oriꝛ pudor. dũ attẽdit. Ubi sit. q꞉ longe in imo q̃ fuerat ꝓpe i sũmo. Qual' sit. q꞉ feda i luto q̃ fuerat pulchra imago. Que sit. q꞉ ancilla q̃ fuerat libera. Ex puidẽtia futuroꝝ oriꝛ timor. dũ p̃cogitat. Quo tẽdat. q꞉ ad iferos ꝓperat gressus eꝰ. Quid occurrat. q꞉ iudiciũ ieuitabile. iustũ tñ. Quid assequtur. q꞉ stipendiũ mortꝭ eťne. Imploratio aũt mis̃cdie circa quã cũq͂ g̃ram inuocet. dz eẽ. Cũ affluẽtia desiderii. qđ habemꝰ a spũ scõ. q̃ postulat p nob gemitib' inenarrabilib'. Cũ fiducia spei quã habemꝰ a xp̃o. q꞉ mortuꝰ ẽ p nob oib'. Cũ diligẽtia iplorãdi subsidij. qđ q̃rimꝰ a sctis oib'. Qñ ei hec tria concurrũt. tũc iploraꝛ efficacꝛ diña mis̃cdia.

Affluentiã desiderij habemꝰ a spũ sctõ.

Quia
- Per ip̃m sumus a patre in filio p̃destinati eternaliter.
- Per ip̃m renati in baptismo spiritualiter.
- Per ip̃m congregati in ecclesia vnanimiter.

Confidentiã spei habemꝰ a xp̃o dño.

Qui p nobis
- Obtulit se in cruce in terra.
- Offerꝛ a m̃re ecc̃lia in sacramẽto altaris in sui mẽoriã.
- Apparet vultui patris in celo in gloria.

Diligentiã implorandi subsidij a sanctorũ consortio habemus.

- Ab angeloꝝ mĩstrantiũ patrocinijs
- A beatoꝝ triũphantiũ suffragijs.
- A iustoꝝ militantiũ meritis.

Exhibitio autẽ latrie ex quacũq͂ gr̃a deus colatur. debet habere tria.

- Primo em̃ ob g̃ram impetrandaz debet cor nostrũ incuruari ad dei reuerentiã ꝛ adorationẽ.
- Secũdo debet dilatari ad beniuolentiã ꝛ gratiarũ actionẽ.
- Tercio debet eleuari ad complacentiam ꝛ mutuã allocutionẽ.

Que est sponsi ꝛ sponse. quã docet spũs sanctus in canticꝭ. In q̃ si recto ordine fiat. mira est exultatio ꝛ iubilatio. ita vt ducaꝛ homo in excessuz. ꝛ faciat aĩam dicere. Bonũ est nos hic esse. Et hic debz oõ nr̃a terminari. Nec ante debz hõ desistere. donec ingrediaꝛ in locũ tabernacu'i admirabil' vsq͂ ad domũ dei. vbi in voce exultatiõis est sonus epulantis. Ut aũt incuruueris ad reuerentiã. admirare imensitatẽ diuinã. ꝛ intuere modicitatẽ tuã. Ut dilateris ad beniuolentiã attende benignitatẽ diuinã. ꝛ vide indignitatẽ tuã. Ut eleueris ad cõplacentiã. recogita charitatẽ diuinã. ꝛ ꝯsidera tepiditatem tuã. vt ex huiꝰ collatione uenias in excessum mentis.

Sciendum autem q̧ reuerentiam debemus exhibere deo tripliciter. Primo tanq͂ patri.

A quo
- Formati.
- Reformati.
- Educati.

Scđo tanq͂ dño a q̃
- Eruti de ore inimici.
- Redẽpti de carcere iferni.
- Conducti in vineaz dñi p munere paradisi.

Tercio debemus exhibere deo reuerentiam tanq͂ iudici.

Corã q̃
- Accusati. Accusat em̃ clamor conscientie.
- Conuicti. Cõuincit enim euidentia vite.
- Confessi. Cõfiteꝛ em̃ aspectꝰ diuine sapie vnde ꝯ nos d' iure debeat sñia ꝓferri. Et p̃ma qđẽ reuerentia dz esse magna. scđa maior. tercia maxia.

Una
- Prima est ad modũ inclinatiõis
- Scđa ad modũ genuflexionis.
- Tercia ad modũ prostrationis.

In
- Prima nos subijcimus.
- Secunda nos deijcimus.
- Tercia nos abijcimus.

In
- Prima reputamus nos paruos.
- Secunda minimos.
- Tercia vero nullos.

Beniuolentiã autẽ debemꝰ filii mõ deo tripl'r exhibere. s. magnã. maiorẽ. maximã.

- Magnã ꝯsideratõe ifirmitatis nr̃e.
- Maiorẽ ꝯsideratõe magnitudinis gratie sue.
- Maximã consideratiõe immẽsitatꝭ misericordie sue.

Magnam p cõmissis.
Vel Maiorē pro dimissis.
Maximā pro pmissis.
Magnā p cōplemētis nature.
Vel Maiorē p indumētis gratie.
Maximā p donis superogātie.
Prima cor extenditur.
Secūda aperit. Cantic. v. Aperi
In mihi soror mea.
Tercia effundit. Treñ. ij. Effūde
sicē aquā cor tuū añ ɔspectū dñi.

Complacentiā aūt triplici modo debe/
mus deo exhibere toto corde.
Primo vt sic coaptet cōplacētia nr̄a
ad deuz. vt vnicuiqꝫ placeat ꝙ sol⁹
deus placeat sibi.
Scdo vt ei hoc placeat ꝙ ipē place
at soli deo.
Tercio vt ei h̄ placeat ꝙ ī hac com/
placentia ceteri cōmunicent.
Prima est magna.
In Secūda maior.
Tercia maxima.
Prima est amor gratuitus.
In Secunda est amor debitus.
Tercia ē amor ex vtroqꝫ pmixtus.
Prima crucifigit mūdus homini.
In Scda crucifigitur homo mundo
Tercia crucifigit homo pro mundo.
vt p omnibꝫ velit hō mori. vt ꝛ ipsi placeant
deo. Et hic est grad⁹ ꝛ stat⁹ pfecte charita/
tis. ante cui⁹ assecutionē nemo dꝫ se estima
re pfectū. Tūc aūt hāc pfectionē hō asseq̄/
tur qñ cor suū īuenit nō solū voluntariū. sed
etiā auidissimū ad moriēdū p salute prioꝝ
fm ꝙ apl's dicebat. ij. Cor. xij. Libentissi-
me impendar. ꝛ superimpendar egoipse p aīa
bus vr̄is. Ad hāc pfectā dilectionē pri/
mi nō puenit nisi prius pueniat ad pfectā di
lectionē dei. pter quez diligit prim⁹. q̄ nō ē
diligendus nisi pter deū. Et pterea ad in/
telligendā pfectionē in dilectōne dei. scien/
dū est ꝙ sex sunt grad⁹ qbꝫ paulatim ꝛ ordi
nate pcedit. vt ad pfectionē pueniat
Primus est suauitas.
Secundus auiditas.
Tercius saturitas.
Quoꝝ Quartus ebrietas.
Quintus securitas.
Sextus trāquillitas.
Primus itaqꝫ grad⁹ est suauitas. vt ho/
mo addiscat gustare ꝙ̄ suauis est dñs. Et h̄.
quidē fit vacādo ꝛ sabbatizādo ei p sanctas
meditatōes. fm qꝺ dicit in ps. Relique cogi
tationis diē festū agent tibi. Qꝺ qdē fit qñ
meditatiōes circa amorē dei. suauitatē pa/
riūt in corde. Scds grad⁹ est auiditas.
qñ scꝫ aīa assuefieri cepit circa illā ꝛ suaui/
tatē. ꝛ nascit in ea tāta esuries. vt nihil pos/
sit eā reficere. nisi eū quē amat possederit p
fecte. Qꝺ qꝛ nō pōt in psenti attingere. quia
adhuc longe ē. ɔtinue excedit ꝛ egredit ex
tra p amore extaticū. clamans ꝛ dicēs illud
beati Job. vij. Suspendiū elegit aīa mea.
ꝛ mortē ossa mea. Et illud ps. Queadmo/
dū desiderat ceruus ad fontes aq̄rum. ita
desiderat aīa mea ad te de⁹. Terci⁹ gra/
dus est saturitas. q̄ oritur ex ipa auiditate.
Qui ei vehemētissime deū desiderat. ꝛ sur/
sum fert iam omē qꝺ deorsum videt. vertit
ei in fastidiū. Vñ q̄si saturat⁹ nō pōt refecti
onē inuenire in aliq̄ citra ipm dilectū. Et si
cut saturat⁹ si cibū sumat. incurrit potius
abominationē ꝙ̄ refectōnē. sic in h̄ gdu cha
ritas facit circa omē creatū. Prouer. xxvij.
Aīa saturata calcabit fauū. Quartus
gradus est ebrietas. que orit ex saturitate.
Ebrietas aūt in h̄ consistit. ꝙ q̄s tāto amo
re diligat deū. vt iā nō solū fastidiat solaci/
um terrenū. sed etiā delectet ꝛ q̄rat tormē/
tū p solacio. ꝛ amore illius quē diligit dele
ctet in penis. opprobrijs ꝛ flagellis. cū apl'o
ij. Corinth. xij. Vñ sicut ebri⁹ seipm denu/
dat sine pudore. ꝛ sustinet plagas sine dolo
re. sic in isto intelligendū est. Vñ Actuū. v.
Ibāt apl'i gaudētes a ɔspectu concilij. qm̄
digni habiti sunt p noīe iesu cōtumeliā pa
ti. Quint⁹ grad⁹ est securitas. que orit ex
ebrietate. Ex h̄ eñ ꝙ aīa sentit se tm̄ ama
re deū ꝙ libent sustinet pter ipm omē dā/
nū ꝛ omē opprobriuꝫ. iā foras mittit timor.
et tantā cōcipit aīa spem de adiutorio dei.
vt nullo modo extimet se posse separi ab
eo. In h̄ gradu erat apl's cū dicebat Quis
nos separabit a charitate christi ꝛc. Certus
sum eñ. qꝛ neqꝫ mors neqꝫ vita ꝛc. poterit
nos separe a charitate dei. q̄ est ī christo ie/
su dño nr̄o. Roñ. viij. Sext⁹ gradus est
vera ꝛ plena tranquillitas p quaꝫ est tanta
pax ꝛ reqēs in aīa. vt quodāmodo sit in si/
lentio et somno ꝛ velut in archa noe collo/
cata. vt nullo mō pturbet. Quis ei pt inq̄e
tare mentē quā nullus cupiditatis stimul⁹
inq̄etat. nullus timoris aculeus agitat. In

ista mente pax est.⁊ statꝰ vltimus.⁊ quies.⁊ ibi requiescit verꝰ salomon. qm̄ in pace factus est locꝰ eiꝰ. Et ideo valde ꝯuenient isti gradꝰ significant ꝑ illos sex gradꝰ, q̇bꝰ ascē debāt ad thronū salomonis.iij.Reg.x.⁊.ij Paralip.ix. Et ꝓpter h̄ dicit Canti.iij. Ascē sum purpureū media charitate constrauit. Quia impossibile est ad istā tranq̄llitatē ꝑtingere nisi ꝑ charitatē. Hac aūt acq̇sita. facillimū est homini facere om̄e quod est ꝑfectionis. siue agere siue pati. siue viuere siue mori. Studendū est igit̄ ad ꝑfectū charitatis. cū ꝑfectꝰ eius inducat ꝑfectōnē omnis boni ⁊ ꝯplemētū. Ut igit̄ sint ad manū p̄dicte differētie nota ꝙ q̇ ad hāc ꝑfectionē vult ꝓficere. debet ꝑ meditationez stimulum conscientie.

Exasperare.
Primo Exacuere.
Rectificare.

Et sic ad radiū intelligentie transire.

Protendendo.
Ipm Dilatando.
Reflectendo.

Et sic ad igniculū sapientie transire.

Congregando.
Ipm Inflāmando.
Subleuando.

Et sic ꝑ orationez primo debet deplorare miseriam suā.

Dolore ꝓpter damnum.
Cū Pudore ꝓpter opprobrium.
Timore ꝓpter periculū.

Scd̄o dz implorare diuinā misericordiā.

Uehemētia desiderij ꝑ spm̄ sctm̄.
Cū Fiducia spei ꝑ christū crucifixū.
Assistentia patrocinij per sanctorum suffragiū.

Tercio debet exhibere latriā exhibendo.

Reuerentiam.
Deo Beniuolentiā.
Complacentiā.

Ut p̄mo ex parte dei ꝓcedat admiratio diuina. q̄si maior ꝓpositio. Scd̄o ex parte nostra sequat̄ ꝯsideratio q̄si assumptio. Tercio fiat latrie plena exhibitio. q̄si cōclusio.

Qui aūt sic excitauerit se ꝯtinue ⁊ intēte. ꝓficiet in charitate s̄m sex gradꝰ p̄dictos. q̇bus ꝑuenit̄ ad ꝑfectionē tranq̄llitatꝭ. vbi ē multitudo pacꝭ.⁊ q̄si quidā finis q̇etis nr̄e quā dn̄s reliq̇t aplīs. Unde nota ꝙ aplus in q̄libet salutatiōe optabat grām ⁊ pacez. grām tanq̄ꝫ ꝓmordialē. pacē sicut cōplementū. Ad thimotheū autē interponit misericordiā que est vtriusqꝫ principiū.

Nota ꝙ in missa cogitandū est de negligentia circa corpus christi.

Nota de sacramēto ꝙ dn̄s ꝓpter nos sp̄ totus ibi est.⁊ nos raro vl̄ nunq̄ꝫ ibi toti sumus ꝓpter eum.

Itē ꝙ ibi est p̄ciū redēptiōis nr̄e.⁊ nō liberamur.⁊ h̄ stat ꝑ nos. Itē ꝙ ibi vere est deꝰ ⁊ nō videmꝰ eū. ad quē videnduz creati sumus. Itē ꝙ ibi est paratior ad liberandū nos. q̄ꝫ nos a miseria liberari Itē ꝙ ip̄e ad salutē nr̄am instituit h̄ sacr̄m.⁊ tā studiose. Nos vero tepidi. imo toti frigidi h̄ ꝯsecramus. Itē ꝙ ip̄e ibi est cū angeloꝝ frequētia nos cū magna cordis irreuerētia. Item ꝙ ip̄e ibi ardens est ꝓ nr̄a dilectiōe. nos ibi remissi in grārū actione. Itē ꝙ ip̄e ibi est cibꝰ angeloꝝ ad nr̄am refectionē.⁊ nos nō gustamus cū ꝓpter nr̄am corruptionē. Itē ꝙ quicq̇d dispergimꝰ ꝑ culpā. ip̄e ibi ꝯgregat ꝑ grām. nec tn̄ grati sumus. Itē ꝙ ip̄e se ibi offert p̄ciū redemptiōis nr̄e sine tedio. nec tn̄ liberamur om̄ino. Uis ẽ scire q̄ ⁊ q̄nta ⁊ quibꝰ debeas. Primo christo oēm vitā tuā ponere. q̄ꝛ ip̄e suā posuit pro tua.⁊ cruciatus diros sustinuit. ne tu ꝑpetuos sustineres. Sed cōfer p̄mia om̄is vite filioꝝ adā.⁊ oēs dies seculi.⁊ labores oīm hoīm q̇ fuerūt. sunt ⁊ erūt. nihil erūt ad cōparationē illiꝰ corꝑis. qd̄ spectabile ⁊ etiā stupendū est virtutibꝰ supnis. in ꝯceptu de spiritu sctō. in ortu de v̄gine. in vite innocentia. in doctrine affluētia. in coruscatōibꝰ miraculoꝝ. in reuelatiōibꝰ sacramētoꝝ. Sicut igit̄ exaltant̄ celi a terra. sic exaltata est vita illiꝰ a vita hoīm. que tamē posita est pro vita nostra. Sicut eni nihil ad aliq̇d nullā habet cōparationē. ita vita nr̄a ad vite illius ꝓportionez. Cū illa nulla dignior sit. nostra nulla miserior potest esse. Cū ergo ei me deuouero. quid queso sum. Nōne sicut stella ad solē. gutta ad fluuiū. lapis ad montē. Sed non huic soli debitor sum. cui nihil retribuere possum. Exigunt a me p̄terita peccata mea futurā vitā meaz. vt faciam dignos fructꝰ penitentie.⁊ recogitē oēs annos meos ī amaritudine aīe mee. Sed ad h̄ quis idoneus. Peccaui super numerū arene maris.⁊ mul. sunt pec. mea. et nō sum dignus

a'picere celū ⁊c. Qd igit sine numero est q̄modo numerabo Quō sufficiā. cum cogar reddere debitū vsq ad nouissimū q̄drantem. Sed ⁊ delicta q̄s intelligit. Quātū peniteam. q̄ntūlibet me affligā ⁊ macerem. ppter nomē tuū nō ppter penitētie meritū ppiciaberis dn̄e pctō meo. ait iust⁹. multū ē em̄. Cū igit quicq̄d vis. q̄cq̄d sapis. q̄cq̄d habes. quicq̄d potes. huic vni rei dedicaueris. nunq̄d aliq̄d est. vel in aliq̄d cōputandū est. Sed ⁊ terciū debitorē ostendā tibi. qui nō min⁹ acriter q̄ veraciter sibi vendicat vitā tuā. Puto em̄ q possidere desideras gloriā illā. quā nec oculus vidit. nec auris audiuit ⁊c. regnū oīm seculorū. viuere ī eternum. in ppetuas eternitates. Credo q velis eq̄lis esse angel' dei. et in plateis supne hierusalē melos angelorū audire. et videre quicq̄d est illud vt erit q̄n de⁹ erit oīa in oīb⁹. Nōne ad hoc totū te. ⁊ q̄ntūcūq vndiq trahere poter. dare oportebit. Et cū oīa impleuer. nō tn̄ credas ɔdignas ēē passiones hui⁹ tpis vel corpis ad futurā gloriā que reuelabit in nobis. Quid dices. ⁊ si quartū debitorē adduxero ī mediū q̄ sibi iure primat⁹ tres supiores excedere velit. Ecce in ianuis est q̄ fecit celū ⁊ terram. Creator tu⁹. tu creatura. Tu suus. ille domin⁹. Ille figulus. tu figmētū. Totū g̃ qd es illi debes. a q̄ totū habes. Illi pcipue domino q̄ ⁊ fecit te ⁊ bn̄ fecit tibi. q̄ ⁊ tibi ministrat sidez cursus. aeris tēperiē. iocūditatē terre. fructuū vbertatem. huic reuera totis medullis. totis visceribus seruiendum est. ne forte indignatōis oculo te respiciat ac despiciat. ⁊ conterat te ineternū. Expone igit mihi cui hoz q̄ttuor ponis reddere qd debes. cū vnusq̄sq tā interius q̄ exterius exactor sit. vt te singulariter possideat.

Eya dn̄e. vim patior. rn̄de p me. q2 hoz q̄ttuor q̄libet de iure me tenere pōt ⁊ suffocare. In man⁹ tuas cōmēdo spm̄ meum. tu psolue omib⁹. tu ab omnib⁹ me libera. q2 tu es de⁹ ⁊ nō hō. ⁊ qd apud hoīes impossibile est. possibile est tibi dn̄e de⁹ noster.

## Sequitur de cōtemplatione. quō p eam pueniendū sit ad sapientiā sacre scripture.

Postq̄ aūt dixim⁹ q̄liter ad sapiam nos exercere debeam⁹ p meditationē ⁊ orōnē. nūc breuiter tangam⁹ q̄liter ɔtemplādo ad verā sapiam puenitur. Per ɔtemplationē nanq trāsit mens nr̄a ad supnā hierusalē. Ad cui⁹ instar ecclīa est formata. sm̄ illud Exo. xxv. Inspice et fac sm̄ exēplar qd tibi monstratū est in monte. Necesse est em̄ ecclīam militātē cōformari triūphanti. ⁊ merita p̄miis. ⁊ viatores beatis sm̄ q possibile est. In glīa aūt triplex ē dos. in qua ɔsistit pfectio p̄miū. scz

Summe pacis tentio.
Sūme veritatis visio.
Sūme charitatis fruitio.

Et sm̄ hoc distinguit triplex ordo ī supma hierarchia celesti. scz thronoz. cherubin et seraphin. Necesse est igit vt qui vult ad illā beatitudinem p merita puenire. istorū triū similitudinē sm̄ q possibile est in via sibi cōparet. scilicet

Ut habeat
Soporem pacis.
Splendorē veritatis.
Dulcorē charitatis.

In his em̄ trib⁹ requiescit deus. ⁊ habitat tanq̄ in solio pprio. Necesse est igit vnūq̄dq triū predictoz p tres gradus ascendēdi distinguere sm̄ triplicē viam. scz

Purgatiuā. q̄ ɔsistit in expulsiōe pctī.
Illuminatiuā. q̄ ɔsistit ī imitatiōe xp̄i.
Unitiuā. q̄ ɔsistit in susceptiōe spūsctī.

Ita q q̄libet via h3 grad⁹ suos. p q̄s ascenditur ab imo. ⁊ tendit vsq ad summū.

G Radus aūt pueniēdi ad soporē pacis sunt isti septem.

Primo occurrit pudor ī recordatione flagicii. Et h̄ quantū ad q̄ttuor. scz

Magnitudinem.
Multitudinem.
Turpitudinem.
Ingratitudinem.

Scdō occurrit timor in circūspectiōe iudicii. ⁊ hoc quadruplic. scilicet

Dissipationis operis.
Excecationis rationis.
Obdurationis voluntat.
Condemnatiōis finalis.

Tercio occurrit dolor in estimatiōe damni. ⁊ hoc sm̄ quattuor. scilicet

Quātū ad amissionē diuine amicicie.
Quantū ad pditionē innocentie.
Quantū ad vulnerationē nature.
Quātū ad dissipationē vite pterite.

Quarto occurrit clamor in imploratione subsidii quadruplicis. scilicet

Dei patris.
Filij redemptoris.
Virginis matris.
Ecclesie triũphantis.

Quinto occurrit rigor in extinctione fomitis siue incentiui q̄druplicis. scilicet
Ariditatis. que est desidia.
Peruersitatis. que est malicia.
Voluptatis. que est ɔcupiscẽtia.
Vanitatis. que est supbia.

Sexto occurrit ardor in appetitu martirij. ꝛ ꝓpter quattuor. scilicet
Propter ꝑfectionẽ
Remissionis offense.
Purgatiõis macule.
Satisfactiõis pene.
Sanctificatiõis ɔcupiscẽtie. alias exactiõis ɔcupiscentie

Septimo loco occurrit sopor in obumbratione christi. vbi est status et requies. quando homo sentit se protegi sub vmbra alarum diuinarũ. vt non vratur ardore concupiscentie. nec timore pene. Ad quod nõ potest peruenire nisi per appetitum martyrij. nec ad appetitum martyrij. nisi extinxerit incentiuum. nec ad extinctionem incentiui nisi implorauerit subsidium. nec ad implorationem subsidij. nisi deploret damnũ nec ad deplorationem damni. nisi timeat iudicium. nec ad timorem iudicij. nisi recordetur ꝛ erubescat flagicium. Qui ergo vult habere pacis soporem. procedat ꝯm ordinem predictum.

Radius aũt ꝑueniẽdi ad splendorẽ veritatis. ad quẽ ꝑuenit imitatione christi. sunt isti septem. scʒ
Assensus rationis.
Affectus compassionis.
Aspectus admirationis.
Excessus deuotionis.
Amictus assimilationis.
Amplexus crucis.
Intuitus veritatis.
In quibꝰ hoc ordine ꝑgrediendũ est.

Primo cõsidera. quis est q̄ patitur. et ei subdere ꝑ rationis assensum. vt credas firmissime ipm veraciter.
Esse
Dei filium
Omniũ rerũ principium.
Saluatorẽ hominũ.
Retributorẽ meritoꝝ omniũ.

Scđo ɔsidera q̄lis est q̄ patiẗ. ꝛ ei configurare ꝑ cõpassionis affectum. scʒ
Vt cõpatiaris ei tanq̄
Innocẽtissimo.
Mitissimo.
Nobilissimo.
Amantissimo.

Tercio cõsidera q̄ntꝰ ẽ q̄ patiẗ ꝛ ad ipm egredere ꝑ admiratiõis aspectũ. ꝛ attẽde q̄ ipse est.
Immẽsus
Potestate.
Speciositate.
Felicitate.
Eternitate.
Igiẗ admirare immẽsam
Potestatẽ adnihilari.
Speciositatẽ decolorari.
Felicitatẽ tormentari.
Eternitatẽ mori.

Quarto ɔsidera q̄ de cā patiẗ. ꝛ teipʒ obliuiscere ꝑ deuotiõis excessum. Vt patiẗ scʒ
Pro
Tua redemptione.
Tua illuminatione.
Tua sanctificatione.
Tua glorificatione.

Quinto ɔsidera. q̄lꝛ forma patiẗ. ꝛ ipsuʒ induere ꝑ assimilatiõis amictũ. Passus est eñ sicut verus agnus.
Libentissime. respectu proximi.
Seuerissime. respectu sui.
Obedientissime. respectu prĩs.
Prudẽtissime. respectu aduersarij.
Stude igiẗ ad habendũ habitũ ꝯm effigiem imitationis christi. scilicet
Benignitatis.
Seueritatis.
Humilitatis.
Perspicacitatis.

Sexto considera quanta sint que patiẗ ꝛ crucem amplectere ꝑ passionis desideriũ vt sicut christus passus est
Vincula. vt impotens omĩpotentia
Conuicia. vt vilis bonitas.
Ludibria. vt stulta sapientia.
Supplicia. vt iniqua iusticia.
Sic ꝛ tu considera passionem crucis. h̄ est passionem
Plenam
Iniurijs in rebus.
Cõtumelijs in verbis.
Ludibrijs in signis.
Supplicijs in tormentis

Septimo cõsidera quid ex hoc cõsequitur q̄ patiẗ. ꝛ veritatis radiũ intuere ꝑ ɔtẽplatiõis oculuʒ. Qm̃ ex hoc q̄ agnꝰ passus est. septẽ signacula libri aperta sũt. Apocal. v. Liber iste est vniuersalis rerũ noticia. in qua septẽ erãt clausa homini. que q̄dẽ sunt

p passionis christi efficaciã reserata. s. Deus admirabilis. Spũs intelligibil'. Mũdus sensibilis. Paradisus desiderabil'. Infernus horribilis. Uirtus laudabilis. Reatus culpabilis.

Primo enĩ deus admirabilis manifestatus est nobis p crucẽ esse sũme z inscrutabilis sapiẽtie. sũme z irrephensibilis iusticie. sũme z inenarrabilis miscdie. Sũma ei sua sapiẽtia decepit diabolũ. Sũma sua iusticia quesiuit redemptiõis pcĩũ. Sũma sua misericordia p nobis tradidit filiuz suum. Que si diligẽter considerent. deũ nob clarissime manifestant.

Scdo spũs intelligibil' nob manifestatus ẽ p crucẽ. sm differẽtiã triplicẽ. scz.

| | |
|---|---|
| | Sit benignitat'. qñtũ ad angelos |
| Quãte | Sit dignitat'. qñtũ ad homĩes. |
| | Sit crudelitatis. quantũ ad demones. |

Nam Angeli pmiserũt crucifigi dñm suum. Dei filius crucifixus est, ppt' genus humanũ Et h ad crudelẽ suggestionẽ demonũ.

Tercio mũdus sensibil' nob manifestatus ẽ p crucẽ. qm̃ est locus tenebrarũ plenus. in quo

| | |
|---|---|
| | Cecitas. qm̃ lucẽ verã z summam nõ cognouit. |
| Regnat | Sterilitas. qm̃ iesuz christũ tanq̃ infructuosũ despexit. |
| | Impietas. qm̃ deũ z dñm suum z amicũ z innocentẽ dãnauit z interfecit. |

Quarto paradisus desiderabil' nob manifestatus est p crucem. in quo est
Fastigium totius glorie.
Spectaculũ omnis leticie.
Promptuariũ ois opulentie.

Unde deus ppter illã habitationẽ nob restituendã. factus est p nobis homo. scilicet.
Uilis
Miser
Pauper

In quo celsitudo abiectionẽ induit. iusticia reatum subijt. opulentia egestatẽ suscepit. Nam altissimus impator accepit seruitutez abiectã vt sublimaremur in gloriã. Iustissimus iudex subijt reatũ penalissimũ. vt iustificaremur a culpa. Opulentissimus dñs suscepit egestatẽ extremam. vt locupletaremur in copia.

Quinto infernus horribilis manifestatus est nobis p crucem. locus vtiq̃ plenus

| | |
|---|---|
| | Egestate z penuria |
| Omni | Uilitate z ignominia |
| | Calamitate z miseria |

Unde si necesse fuit hec christũ pati ppter peccati deletionẽ. multo fortius oportet hec pati dãnatos. ppter iustã meritorum suorũ retributionem.

Sexto manifestata est nobis p crucem virtus laudabilis. quantũ scilicet

| | |
|---|---|
| | Preciosa |
| Sit | Speciosa |
| | Fructuosa |

| | |
|---|---|
| | Preciosa. qz potius voluit christus vitã corpalem pdere. q̃ virtuti contraire. |
| Uere | Speciosa. quia in ipis ptume liũs relucebat. |
| | Fructuosa. qz vnus actus pfecte virtutis infernũ spoliauit. celum aperuit. pdita restaurauit. |

Septimo manifestatus est nobis p crucem reatus culpabilis. quantũ sit detestabilis. cũ ad sui remissionẽ indigeat.

| | |
|---|---|
| | Magno precio |
| Tam | Grandi piaculo |
| | Difficili medicamẽto. |

Ecce igit' hẽs quõ i cruce oia mãifestantur si hñ ad hec septẽ reducant'. Oĩa enĩ ad hec septẽ reducunt'. Uñ ipa crux ẽ beata:

| | |
|---|---|
| | Cl[illegible] |
| Est | Porta |
| | Uia |
| | Splendor veritatis. |

Quã qui deuote sibi tollit. z sequit' christũ iuxta modum pãssignatũ. nõ ambulat i tenebris. sed habebit lumen vite.

Gradus aũt puenẽdi ad dulcorem charitatis sunt isti septẽ. scilicet.
Uigilantia sollicitans.
Cõfidentia confortans.
Cõcupiscẽtia inflãmans
Excedentia eleuans.
Complacentia quietans.
Leticia delectans.
Adherentia ɔglutinans.

In qbz h' hodie pgredi debes. q̃ vis ad pfectionẽ charitat' z amor' spũscti ptingere.

Prio ḡ necesse ẽ vt vigilãtia te sollicitet. ppt' spõsi pmptitudinẽ. adeo vt possis dicere illud ps. Deus deus meus ad te de luce vigilo. Et illud sponse Cãti. v. Ego dormio et cor meũ vigilat. Et illud Isa. xxvi. Anima

mea desiderauit te in nocte. sed et spū meo i pcordiis meis. de mane vigilabo ad te.

Scdo vt ɔfidētia te ɔfortet, ppter sponsi certitudinē. adeo vt vere possis dicere. In dño ɔfido. Et illud. In te dñe speraui. Et illud Job. xiij. c. Etiā si occiderit me in ipo sperabo. Tercio vt ɔcupiscētia te inflāmet ppter spōsi dulcedinē. adeo vt possis dicere Sicut ceru⁹ desiderat ad fontes aqrū. ita desi. aīa mea ad te de⁹. Et illud Cant. viij. Fortis est vt mors dilectio. Et illud. Quia amore langueo. Quarto vt excedētia te eleuet, ppter spōsi celsitudinē. adeo vt possis dicere cū ps. Q̄ dilecta tab. t. dñe v. Et illd Canti. j. Trahe me post te zc. Et illd Job vij. Suspendiū elegit aīa mea. Quinto vt cōplacētia te attrahat, ppter spōsi pulchritudinē. adeo vt possis dicere illud spōse Canti. ij. Dilect⁹ me⁹ mihi. z ego illi. Et illd Cāti. v. Dilect⁹ me⁹ candid⁹ z rubicūd⁹. elect⁹ ex milib⁹. Sexto vt leticia te delectet, ppe spōsi plēitudinē. adeo vt possis dicere. Scdȝ multitudinē doloꝝ meoꝝ in cor. m. cōso. t. le. a. m. Et illud. Q̄ magna multitudo dul. tue dñe. Et illud. ij. Chorinth. vij. Replet⁹ sum ɔsolatōe. supabūdo gaudio zc. Se ptimo vt adherētia te ɔglutinet, ppe amorꝭ sponsi fortitudinē. adeo vt possis dicere illud ps. Mihi aūt adherere deo bonū est. Et illud pauli. Quis nos sepabit a caritate christi. In his em̄ gdib⁹ ordo ē. nec statu⁹ ē aū vltimū. nec ad illū puenit nisi p gdus intmedios. z mutuo se pariūt. Et in pmo viget ɔsideratio. i ceterꝭ vo seqntib⁹ dominat affectio. Uigilātia ei ɔsiderat q̄ honestū q̄ ɔferēs q̄ delectabile sit diligere deum. Et ex h q̄si nata ɔfidētia parit cōcupiscentiā. z illa excedentiaȝ. quisqȝ pueniat ad copulā. z osculū z amplexū dilecti z amantissimi. Gradus ptinētes ad purgationē sic distinguunt.

Possunt aūt dicti gd⁹ alit distingui. z q̄si in idē redeūt. vt pmo distinguātur gradus purgationū sic.

Prope
- Flagicium erubesce.
- Judiciū contremisce.
- Damnū ingemisce.
- Remediū implora subsidiū.
- Aduersariū extingue incēdiū.
- Brauiū anhela ad martyriū.
- Umbraculū approxima ad xpm.

Gradus ptinentes ad illuminationē sic distinguuntur. Nota:

- Quis patit. z credens captiuare.
- Qualis q patit. z cōdolens amaricare.
- Quant⁹ q patit. z stupens admirare.
- Qua de causa patit. z ɔfidens pcare.
- Quali forma patit. z sequēs assimilare.
- Quāta q patit. z ardens amplexare.
- Quid ad hoc consequit q patit. z intelligens contemplare.

Gradus vie vnitiue sic distinguunt

Te
- Uigilantia sollicitet, ppter sponsi pmptitudinem.
- Confidētia corroboret, ppter ei⁹ certitudinē.
- Cōcupiā inflāmet, ppe ei⁹ dulcedinē.
- Excedentia eleuet, ppter eius celsitudinem.
- Complacentia alliciat, ppter eius pulchritudinē.
- Leticia inebriet, ppter amorꝭ eius plenitudinem.
- Adherentia cōglutinet, ppter eius fortitudinē.

Ut dicat sp deuota aīa i corde z i ore suo.

Ad dñm
- Te quero
- In te spero
- Te desidero
- In te ɔsurgo
- Te accepto
- In te exulto
- Tibi finaliter adhereo

Nota q grad⁹ pficiēdi pūt etiā aliter distingui sm triplicē differētiā triplicatā triplici hierarchie ɔsonā. Nā cuilibet pficere volenti necessaria sunt tria. scȝ.

- Amaritudo
- Gratitudo
- Similitudo

Et h p⁹ lapsū. Si ei hō nō peccasset. duo sufficerēt. s. gratitudo z silitudo. Gratitudo vicȝ ppter grāȝ. silitudo vo ppter iusticiā. Sȝ nūc etiaȝ necessaria est amaritudo, ppe medicinā. Pctā em̄ p delectationē ppetrata. nō pūt purgari aliq̄ mō aut deleri. nisi e cōtrario p afflictionē z amaritudinē.

In ipa aūt amaritudine debet.

Esse
- Ponderatio maloꝝ cōmissoꝝ, ppter pprias nequicias.
- Perpessio doloꝝ, ppe xpi āgustias.
- Postulatio remedioꝝ, ppter pximi miserias.

In gratitudine aūt silī modo debet

Esse
- Admiratio bñficioꝝ, ppe creatiōeȝ de nihilo
- Accumulatio meritoꝝ, ppe reparationē de pctō.
- Actio grāꝝ, ppe ereptiōnē de iferno

Creatio ad imaginem.
Fuit enim Rdẽptio p ꝓpriũ sanguinẽ.
Ereptio vsqꝫ ad celi altitudinẽ
In siĺitudine etiã pari modo dꝫ esse.
Aspectus veritatꝭ eleuat⁹ ad supiora.
Affect⁹ charitatꝭ dilatat⁹ ad exteriora.
Act⁹ virilitatꝭ ordinat⁹ ad interiora.
Eleuatio ad supiora debet diligent̄ fieri p aspectũ veritatis. ⁊ hoc.
Per Contẽplationẽ dei. intelligentia
Circũspectionẽ vniuersoꝝ. scientia
Captiuatõꝫ iudicioꝝ. fide formata
Itẽ dilatatio seu extẽsio circa exteriora dꝫ fieri diligent̄ p affectũ charitatꝭ. ⁊ hoc.
p Appetitũ deliciarũ celestiũ. sapiẽtia
Amplexum rõnabiliũ. amicicia.
Contemptũ voluptatũ carnalium. modestia.
Itẽ ordinatio siue exercitatio circa interiora dꝫ fieri diligent̄ p actũ virilitatis. ⁊ hoc
p Aggressum difficiliũ. strẽnuitate.
Actũ laudabiliũ. magnanimitate.
Amplexũ humiliũ. humilitate.
Purgatio aũt in amaritudine.
In q̃ est Cõtritio respectu sui. dꝫ esse dolorosa p tristiciã. ꝓpter mala ꝑmẽtia teipm. christũ ⁊ ꝓximũ.
Cõpassio respectu christi. dꝫ esse timorosa p reuerẽtiã. ꝓpter iudicia latẽtia. ⁊ tñ vera licet incerta. sicut tempus dies ⁊ hora.
Cõmiseratio respectu ꝓximi. dꝫ esse clamorosa p ꝯfidentiã. ꝓpter patrocinia sp̄ parata p deuꝫ. p christũ. ⁊ p suffragia sanctoꝝ.
Illuminatio in siĺitudine in q̃ est aspectus veritatis ꝑme. qui debet
Esse Erectus ad incõpꝛehensibilia.
Extentus ad intelligibilia.
Exinanitus ad credibilia.
In q̃ etiã est affect⁹ charitatis qui debet.
Esse Erectus ad deum.
Extentus ad ꝓximũ.
Exinanitus ad mundũ.
In q̃ etiã est act⁹ virilitatis. qui debet
Esse Erectus ad cõmendabilia.
Extent⁹ ad cõmunicabilia.
Exinanit⁹ ad ꝯtemptibilia.
Equit̄ ꝑfectio in gratitudine. in q̃ est Vigilantia exurgẽs ad canticũ. ꝓpter beneficioꝝ vtilitateꝫ. Leticia exultans ad iubilũ ꝓpter donoꝝ ꝑciositatẽ

Beniuolẽtia accendens ad amplexũ. ꝓpter dantis liberalitatẽ.

Nota q aspect⁹ veritatꝭ debet esse erect⁹ ad incompꝛehensibilia. ⁊ hec sunt mysteria summe trinitatꝭ. ad q̃ erigimur ꝯtemplando ea. ⁊ hoc dupliciť. Uel p positionẽ. vel p ablationeꝫ. Primũ ponit Augustin⁹. scðm Dionisi⁹ Per positionẽ ꝑmo intelligim⁹ in diuinis esse quedã vt cõmunia. q̃daꝫ vt ꝓpria. quedã vt appropriata. quedã sunt media inter hec ⁊ illa. Intellige ḡ ⁊ ꝯtemplare si potes circa deũ cõmunia. ⁊ vide q̃niaꝫ de⁹ est Essentia ꝑma. Natura ꝑfecta. Uita beata. Que necessariã habẽt ꝯsequẽtiam.

Iterũ intende ⁊ vide si potes. qm̃ de⁹ est Eternitas ꝑsens. Simplicitas replens. Stabilitas mouens. Que siĺr ꝯsequentiaꝫ habẽt ⁊ cõnexionẽ naturalẽ. Postremo attende ⁊ vide qm̃ de⁹ est Lux inaccessibiĺ. Mens inuariabilis. Pax incõpꝛehensibilis. Que nõ tm̃ essentie vnitatẽ. sed etiã includũt ꝑfectissimã trinitatẽ. Lux quideꝫ tanq̃ parens generat splendorẽ. lux autẽ ⁊ splendor ꝑducunt calorẽ. ita q calor procedit ab vtroqꝫ. licet nõ p modũ ꝓlis. Si ergo de⁹ vere lux est inaccessibiĺ. vbi splẽdor ⁊ calor est substãtia. ibi hypostasis vere i bo est pater ⁊ fili⁹ ⁊ spũsctũs. Que sunt ꝓpria diuinarũ ꝑsonaꝝ. Mens etiã tanq̃ ꝑncipiũ cõcipit ⁊ ꝑducit a se verbũ. a q̃bꝫ emanat amoris donũ. Et hoc in oĩ mẽte ꝑfecta est reꝑire. Si ḡ de⁹ est mens inuariabilis. planũ est in deo esse ꝑncipiũ ꝑmũ. verbũ eternũ. ⁊ donũ ꝑfectũ. que sunt ꝓpria diuinarũ ꝑsonarũ. Pax etiã includit nexũ plurimoꝝ. Perfecte autẽ necti nõ possunt nisi siĺes. Similes aũt esse nõ possunt. nisi ambo a tercio. vel vn⁹ ab altero. Sed in diuinis nõ pñt ambo esse a tercio eodeꝫ modo. Necesse est ḡ q si in diuinis est vera pax q ibi sit ꝑma origo. eius imago. et vtriusqꝫ cõnexio. Deinde in diuinis sunt appropriata fm̃ triplicẽ differentiã. Prima appropriata sũt Unitas. Ueritas. Bonitas Attribuit̄ vnitas pr̃i. q̃a origo. Ueritas filio. q2 imago. Bonitas spiritui sctõ. q̃a connexio. Scða appropriata sunt. potestas. sapiẽtia. voluntas. Attribuit̄ ptãs pr̃i. quia est principiũ. Sapiẽtia filio. q2 est verbuꝫ. Uoluntas spũisctõ. q2 est donũ. Tercia appropriata sunt. altitudo. pulchritudo. dulcedo. Attribuit̄ altitudo patri. ꝓpter vnita-

tez z potestatē. Nihil em̄ aliud est altitudo q̄ȝ singularis z vnica potestas. Pulchritudo filio, ꝓpter veritatē z sapientiā. Nā sapiētia multitudinē idearū. veritas autē equalitatem includit. Pulchritudo autē nihil aliud est q̄ȝ eq̄litas numerosa. Dulcedo spiritui scō, ꝓpter bonitatē et voluntatē. Ubi enī summa bonitas est iūcta cū voluntate. ibi est summa charitas z summa dulcedo.

Est igit̄ in deo Altitudo terribilis. z hic est stat⁹ erectionis. Pulchritudo mirabilis z hic est stat⁹ ꝯtemplatiōis. Dulcedo desiderabilis. z hic est stat⁹ glorificatiōis. Hec est igit̄ erectio p̄ viā affirmatōis. Sed alia est eminētior p̄ viam negatiōis. Quoniā vt dicit Dionisi⁹. Affirmatiōes incōpacte sūt. Negatiōes vero licet min⁹ videant̄ dicere. plus tamē dicūt. Et hic mod⁹ erectiōis est per abnegationē triū. ita q̄ in negatiōibus illus sit ordo. incipiendo ab inferioribꝰ vsq̄ supiora. Est etiā supeminētis positiōis inclusio. Ut cū dicit̄. deus nō est q̄d sensibile sed supsensibile. nec imagiabile sed supimaginabile. nec intelligibile. sed supintelligibile. nec existēs hoc vel hoc. sed super om̄e ens. Et tunc veritatis aspectus fert̄ in mentis caliginē. z altius eleuat̄. z ꝓfundi⁹ egreditur. p̄ eo q̄ excedit se et om̄e creatum. Et hic est nobilissim⁹ eleuationis mod⁹. Sȝ tamē ad hoc q̄ sit ꝑfect⁹. ꝑexigit aliuȝ. sicut ꝑfectio illuminationem. z sicut negatio affirmationē. Dicautē modus ascendēdi tanto est vigorosior. quāto via ascēdens est intimior. tanto fructuosior. quāto affectio ꝓximior. Et ideo vtile valde est in illa exerceri. Ut ergo in hac eleuatiōe veritatis aspectus se valeat exercere. nota q̄ in prima hierarchia veritas est aduocāda p̄ gemituȝ et orationē. z hoc est angelorū. Audiēda p̄ studium z deuotionē. z h̄ est archangelorum. Annūciāda p̄ exemplū z p̄dicationē. et h̄ ē principatuū. In secūda hierarchia veritas est Adeunda p̄ refugiū z cōmissionem. z hoc est potestatuȝ. Apprehendēda p̄ zelū z emulationē. z h̄ est virtutū. Associāda per sui ꝯtemptū z mortificationē. z hoc est dominationū. In tercia hierarchia v̄itas est Adoranda p̄ sacrificium et laudem. et h̄ est thronorū. Admirāda p̄ excessum z contemplationem. z hoc est cherubin. Amplexanda per osculum z dilectionem. z hoc est seraphin.

Nota diligenter p̄dicta quoniā in illis ē fons vite.

Finit paruū bonū. vel regimē cōscientie scti Bonauēture q̄d vocat̄ fons vite.

Incipit ꝓlogus in tractatū scti Bonauenture doctoris seraphici de septē itineribus eternitatis.

Eum qui uenit ad me nō eijciā foras Joh. vj. Sanct⁹ Aug⁹. de cognitiōe vere vite dicit in ꝑncipio. Cum christ⁹ veritas z vita dicat. Hec ē vita eterna vt cognoscāt te verū deū soluȝ. Constat ꝑfecto naturā rōnalē ad h̄ solū esse factā vt factorē suū verū deū intelligat. intelligēdo diligat. diligēdo in eo q̄ est eterna vita eternaliter ꝑmaneat. z beate viuat. Ex q̄ cōcludit di. Diuinitatis q̄ essentiā rōnabilit̄ inuestigare vt ē possibile. est ad vitā eternā festinare. Hanc q̄ negligēdo ignorare est vtiq̄ ad mortē indeficientē dānabilit̄ ꝑperare. In his v̄bis oñdit beat⁹ Aug⁹. generaliter eternitatis esse duo maneria. Unū q̄d est vita eterna. Alterū q̄d est mors amarissima. Innuit etiā August. hic in his verbis istorū eternorū maneriorū duo itinera. q̄r ad primū ꝑuenitur p̄ rationabilē inuestigationē cū amore. Ad scdm per damnabileȝ omissionē cū dolore. Domin⁹ autem iesus christ⁹ (q̄ est via in q̄ imus. veritas ad quaȝ ꝑuenim⁹. vita in qua ꝑmanebim⁹) in v̄bis ꝓpositis ostendit specialit̄ z ꝑncipalit̄ vtrūq̄ maneriū z eorū itinera. Unū intrinsecū z quasi secretū z eternū in se. quia ip̄e est anime patria z habitatio. vt dicit̄ in libro d̄ spiritu z aīa. Aliud ostendit maneriū extrinsecum z extra se. q̄d est eternū anie exilium in quo s̄m Mattheū est flet⁹ z stridor dentium. Itinera autē ad primū maneriū z intrinsecū dicit domin⁹ esse s̄m multiplicem accessum ad se. Itinera vero ad scdm maneriū z extrinsecū dicit s̄m multiplicē recessum a se. Unde Aug⁹. in libro soliloquioȝ ꝑmo dicit. Deus est a q̄ auerti est cadere. i quē conuerti est surgere. in q̄ manere est cōsistere. De isto ergo intrīseco secreto z eternali manerio ꝑmo videnduȝ est. postēa de

itineribus quibus acceditur ad illud.

Circa primũ igitur scz circa intrinsecũ secretum et eternale maneriũ sunt septẽ p ordinem notãda q sunt necessaria ad dicendorũ cognitionẽ. Notandũ est igitur pmo qd illud intrinsecũ secretũ in christo dicatur. Scdo qliter in illo intrinseco secreto varie mãsiões distinguantur. Tercio fm qd homo ad illud intrinsecũ secretũ admittatur. Quarto quibus pedibus spũs noster illud intrinsecũ secretũ ingrediatur. Quinto qliter spirit⁹ noster in illo intrinseco multipliciter esse dicatur. Sexto qualiter spirit⁹ noster in illo intrinseco stabilitur et ppetuatur. Septimo que et qt sunt itinera p que ad illud intrinsecũ puenitur et intratur.

Distinctio prima.

Primo notandum est qd sit illud intrinsecũ secretũ et eternale maneriũ in christo. De quo sciendũ q cũ in christo sit duplex natura humana et diuina. Diuina autẽ sit oĩm creature maxime intrinseca. vt ait Aug⁹. et Hugo sup. vij. angelice hierarchie. Ideo intrinsecũ illud in christo est diuina psona in humanitate ei⁹ abscõdita. ita q christi hũanitas est via ad diuinitatẽ. Vñ August. exponẽs illud Joh. xiiij. Ego sum via dicit. Verbũ assumẽs humanitatẽ factũ est via. Ambula per hoĩem si vis venire ad humanitatẽ. et puenies ad deũ scz psonã verbi. in q sunt absconditi oĩes thesauri sapiẽtie et sciẽtie dei. Proculdubio si nõ esset aliqd intrinsecũ in christo secretũ ad qd intrandũ inuitaret nos. nõ dixisset Johis. x. Ego sum inqt ostium rc. vsq inueniet. Ego sum ostiũ sensui p corpale obiectũ. Videte inquit man⁹ meas et pedes meos. q2 egoipse sum Luce xx. Ego sum ostiũ intellectui p fidẽ reseratum. Vñ Isaie. vij. dicitur. Nisi credideritis nõ intelligetis. Ego sum ostiũ volũtati per charitatẽ apertũ. Caritas nõ vult scire medium inter se et dilectũ. imo vt dicit Hugo super. vij. angelice hierarchie. Amor siue charitas suo acumie oĩa penetrat donec ad dilectũ veniat. Per me ergo ostiũ si qs introierit p fidẽ et charitatẽ ad meã intrinsecam et abscondirã diuinitatẽ saluabitur. Quia siue ingrediatur ad meã diuinitatẽ contemplãdam. siue egrediatur ad meã humanitatẽ vniendã pascua vtrobiq inueniet eterne viriditatis et salutis. Et de pascuis hũanitatis intratur ad pascua diuinitatis. Qd oñdit Hugo bene in plogo suo sup angel. hierar. vbi dicit sic. Propterea iesus carnẽ assumptam in eduliũ nobis posuit. vt p cibum carnis inuitaret nos ad gustũ diuinitatis. In his pascuis sponsa cõstituta dixit. Comedi fauum cũ melle meo. Canti. v. Fauũ sicut dicit Origenes est cera virginea loculis vel cellulis distincta q sũt melle replete. Quid ergo aliud est. Comedi fauũ meũ cũ melle meo nisi gustaui dulcissimã diuinitatẽ in cera virginee humanitatis absconditã cum ipso absconso. De isto intrinseco absconso Aug⁹. loquẽs sup Johẽm qsi admirando exclamat di. O magnũ penetrabile et secretũ dulce. O secretũ sine tedio. sine amaritudine malarũ cogitationũ. sine interpolatione temptationũ et dolorũ. Hoc est gaudiũ de quo dicit saluator. Intra in gaudiũ domini tui. Hec Aug⁹. Et sic pz intrinsecũ domini iesu christi.

Distinctio secũda.

cipio tercij libri de claustro anie. ca. v. dicit
sic. Contẽplatio claustrũ anie dicitᷓ. in cui⁹
sinu dum se recipit anim⁹ sola celestia me/
ditatur. a terrenis separatᷓ. a turba carnali
um cogitatõnũ longe ponitᷓ. dulces carnis
refugit effect⁹. vagos sensuũ astringit mo/
tus. in domino delectatᷓ. angelica dulcedi/
ne fruitur. legit in libro vite. pro silentio pa
cem tenet. in choro virtutũ seruat concor/
diam morũ. summi patris potentiã consi/

derat. sapientiaz filiũ investigat. spũssancti benignitatẽ amat. Dum hec tria cõtemplatur. tribꝫ modis cõsolatur. Hec ille. Hos autem tres modos cõsolãdo potest experiri p vero. q̃ in itinere cõtemplationis ambulans experit in memoria patrẽ amonentez ⁊ trahentẽ ad verbum suũ iesum christum audiendũ. Quia sicut dicit Johis. vi. Nemo venit ad me nisi pater meꝰ traxerit euz. p internã inspirationẽ. Item consolatur q̃ experit in intelligẽtia filiũ patris illuminantem. ad patrẽ suum cognoscendũ. quia sic dicit Matth. xi. Nemo novit patrẽ nisi filius. ⁊ cui voluerit filius revelare. Item consolatur q̃ experit voluntatẽ spiritũsanctuz afficientẽ. ad patrẽ ⁊ filium amplexanduz ⁊ tenenduz. quare in amore qui appropriat spirituisancto pater ⁊ filiꝰ tenent ⁊ amplexantur. Quod ostẽdit Augusti. vi. libro de trinita. ca. vi. Spiritꝰ ambulãs in itineribus vite active sepe ab huiusmõi consolationibꝫ impedit ⁊ amaritudinibꝫ repletur. Unde Origenes super Cantica. v. cap. dicit. Qui terrenis inheret. invenire non potest nisi quod in terrenis latet. scilicz amaritudinem ⁊ dissipationẽ. Sunt ⁊ alie multe vtilitates contemplationis.

Distinctio sexta.

Sexto videndũ est quomõ p iter cõtemplatiõis spiritꝰ noster ad intrinsecum secretũ domini iesu ingrediatur ⁊ ab exterioribꝫ abscondat. q̃uis ex p̃dictis gradibꝫ cõtemplationis satis patere posset qualit spiritꝰ humanꝰ ꝯtemplando ingrediat in eternũ manerũ iesu. Cũ Hugo sup primũ angel. hierar. dicit. ꝙ q̃nto magis crescit a seipõ ascensio. tanto magis crescit cognitio donec oculꝰ intellectualis magis ac magis illuminet ⁊ cõfortetur. ⁊ affectus mẽtalis magis purificet ⁊ inflãmetur. ⁊ totꝰ in deo quietet. et istum ascensum docent p̃dicti gradus cõtemplatõnis. planum est ꝙ p eos potest cognosci qualit spiritus cõtemplativꝰ in illud secretũ intrinsecum dñi iesu ingrediat ⁊ abscondat. Tamen ꝑter istꝰ manerũ vtilitatẽ notanduz ꝙ cũ dominꝰ dicat Exodi. xxxiij. Nõ videbit me hõ ⁊ vivet. necesse est vt spiritꝰ ꝯtemplativus mũdo ꝑus moriat. ⁊ mũdus sibi moriat. ⁊ extũc interna ingrediatur. ⁊ in eis abscondat. Quid est autẽ spiritũ p cõtemplationẽ illud intrinsecũ secretũ intrare nisi ab omibꝫ tempalibꝫ absolui ⁊ elongari. et in eterna extendi ⁊ in eis abscondi cõtinuis ꝑfectibꝫ. donec totꝰ homo exterior ⁊ interior in deuz ordinet ꝑut possibile est statui vie. Unde Grego. lib. xiiij. moral. dicit sic. Cõtemplatiõis penna nos sublevat. atq; a nobis ad illũ erigimur intuẽduz raptim. ⁊ intentiõe cordis ⁊ dulcedine ꝯtemplationis aliq̃ modo a nobis imus in ipm. et hoc ire est requiescere. dissimilit tñ requiei divine assimilamur. et imitamur requiem dei. Nã sequit ibidez. Nãq; vt hri sumꝰ ⁊ eterni. eternũ imitabimur ineternũ. ⁊ magna nob est eternitas imitatio eternitat. nec exortes sumus eiꝰ quã imitari possumꝰ. Hec Greg. Oportet eñi verꝫ ꝯtẽplatorẽ mori mũdo vt mũdus sibi moriat. vt i nullo ꝯtẽplatio eiꝰ impediat. Dicit eñi Greg. li. xviij. morꝫ. sic. Quisq; sapiam q̃ deꝰ ẽ videt. huic vite fundit꞉ morit. ne iã amore eiꝰ teneat. Talis fuit ille verꝰ ꝯtẽplator Paulꝰ q̃n dixit. Mihi mũdus crucifixꝰ est. ⁊ ego mũdo. Nõ Grego. exponẽs li. v. morꝫ. dicit sic. Mũdus q̃dem ei crucifixus fuerat. qꝛ hunc cordi suo iã mortuũ nõ amabat. sed seipm mũdo crucifixerat. qꝛ talem se exhibere studuit. vt ab eo quasi mortuus cõcupisci nõ posset. Et seq̃tur. Sancti igit viri ab importunitate desideriorũ tempaliũ. a tumultu inutiliuz curarũ. a clamore ꝑstrepentiũ turbationũ semetipõs sacri verbi gladio mortificare nõ desinunt. atq; intꝰ ante dei faciẽ in sinu mentis abscondũt. Unõ recte p Ps̃. dicit Abscondes eos in abscondito vultus tui a ꝯturbatione hominũ. Quod q̃uis ꝑfecte postmodũ fiat etiã nũc ex magna parte agitur. cũ a tempalibꝫ tumultibꝫ ⁊ eoꝝ delectatione in interiora rapiunt vt mens eoꝝ dũ in amore dei tota tendit. nulla mũdi ꝯturbatione laceret. Hinc est ꝙ Paulus ꝯtemplatione mortuos q̃si in sepulchro absconditos discipulos viderat. quibus dicebat. Mortui eñi estis. ⁊ vita vr̃a abscondita est cũ christo in deo. Hec ille.

Distinctio septima.

Septimo videndũ est q̃liter spũs humanꝰ ad veniendũ p iter iocũde cõtemplationis ad intrinsecũ secretũ dñi iesu ab eo invitet Cant. v. dicẽte. Surge ꝓpera amica mea. colũba mea. formosa mea ⁊ veni. Cuiꝰ invitatiõis subiungit al-

lectiuū dicēs. Ueni. qꝛ iā est itinerādi amena iocunditas. qꝛ flores apparuerūt in terra nostra. Jam enī temp⁹ vernale aduenit ex p̄sentia diuini solis incarnati. Unī Origenes sup Canti. dicit sic. Ipso sole iusticie oriente hyems trāsijt. ꝛ ver fidei calore spiritussancti terrā soluit ꝛ flores virtutū p̄ducit. Ergo o amica mea ꝓpter ꝯtemplationis tue amorosuꝫ affectū. vulnerasti cor meū. sponsa mea. penetrādo dulcissimā dulcedinē in vno oculoꝝ tuoꝝ Canti. iiij. sicut exponit Vercellen̄. i. intelligētia tua attracta ꝛ simplificata in ꝯtemplatiōe pulchritudinis mee. Surge mētaliter p amorose ꝯtemplatiōis sursum actionē. vt sic dic̄ glosa sup illud Matth. vj. Respicite volatilia celi. Sola ꝯtemplatiōe iā in celo degas q̄i auis celica nō terrena. O colūba mea ꝓpter ꝯtemplatiōis tue radiosum aspectū. qꝛ oculi tui columbarū. Canti. iiij. vbi dicit glosa Sensus tui sp̄uales ꝯtemplatiōe. sp̄ualiū rerū excellētia reuerēdi sunt ꝛ simplificati. ideo magis confortati. Propera. Jsaie. xl. Assument pennas vt aquile. volabūt ꝛ non deficient. Aquila sic dicit Hugo sup. xv. angel. hierar. auis est altifera. ꝛ cito volans. et signat agilitatē sp̄us ꝛc. O formosa mea ꝓpter ꝯtemplatiōis tue speciosuꝫ obiectum. Ex pulchritudine enī obiecti beatifici mētes ꝯtēplatrices beatificant̄ ꝛ pulchrificantur. Unī Diony. in angel. hierar. dicit. De⁹ pulchros facit suos cōtēplatores ꝛ amatores. Juxta illud. ij. ad Cor. iij. c. Nos autē reuelata facie gloriā dn̄i speculātes. in eandē imaginē trāsformabimur ꝛc. Tali cōtēplatrici d̄r Canti. ij. Ostende mihi faciē tuam. Facies enī tua decora. nō decore corporali sed decore vero ꝛ sp̄uali ꝛ interiori.

Ueni ḡ de labore ad requiem. de dolore ad ꝯsolationē. de labore ad impassibilitatē. Ueni ad interiores theorias vnitiue cōtemplatiōis tanq̄ ad interiora deserti. vbi iā apparēt flores. i. splendores celest̄ sapientie. qui ibi apparēt in ꝯtemplatione clara. q̄ prius te latebāt in p̄ma desideriorꝫ extensione. Job. xlij. Auditu auris audiui te. nūc autē oculus me⁹ videt te. Ueni apta sūt prata. apparuerūt herbe florētes. Prouerb. vij. Uarios flores ꝛ odoriferos ꝛ sp̄uales i ecclesia ꝓducētes. Unī Grego. sup Ezech. parte. j Omel. vj exponēs illud Gen̄. xxvij. Odor filij mei sicut odor agri pleni dic̄. Aliter redolet flos vue. p quē signant̄ p̄dicatores doctrinis inebriatos. Alit̄ flos olei id est. misericordes. q̄ lucent ꝛ refouēt debiles. Aliter flos rose. i. martyres exēplis fragrantes. Aliter flos lilij. i. virgines candidam famā spirātes. Aliter flos viole. i. humiles purpurā celestis vite seruātes. Alie spica. i. ꝑfecti ꝛ maturi. opa bona fructificātes. dicit Grego. Urge Quis iā nō surgat q̄s nō ꝑpetret. aut quis nō veniat. vbi tot veritatis insignia ꝯcurrūt. Per illud iter floꝝ de ꝯtemplationis fideliť ꝛ amorose ambulare tribuat nobis qui est eternoꝝ via. veritas ꝛ vita. Amen.

## Quartū iter eternitatis

q nitatis p quod sp̄us humanus venit ad intrinsecū secretū ꝛ eternum maneriuꝫ iesu. est eternoꝝ caritatiua affectio. Ad cui⁹ itineris maiorē cognitionē septē sunt notanda. Primo q̄re iter caritatiue affectiōis iter ꝯtemplatōis imediate sequat̄. Scd̄o q̄d sit caritatiua affectio. ꝛ quō sit iter ad eterna vt verius cognoscatur. Tercio q̄liter caritatiua affectio a naturali affectiōe vel acq̄sita dilectiōe distinguat̄. Quarto quibꝫ signis ꝛ ꝯiecturis caritatiua affectio q̄litercūqꜫ manifestatur. Quinto q̄lit̄ caritatiua affectio a sanctis ꝛ doctoribꝫ p grad⁹ diuidat̄. Sexto q̄liter sp̄us noster p iter caritatiue affectionis eternū maneriū ingrediat̄. Septio q̄liter sp̄us nr̄ ad veniendū p iter caritatiue affectiōis ad eterna a dn̄o inuitat̄.

### Distinctio prima.

p Rimo igit̄ videndū est q̄liter iter caritatiue affectiōis iter ꝯtemplationis imediate sequat̄. De hoc nota qꜫ qꝛ affectio caritatiua tanq̄ posterior ꝑficit ꝯtemplationē. Dicit enī Aug⁹. viij. lib. de trini. c. penult. Qꝛ q̄nto flagranti⁹ deum diligim⁹ tāto certius sereniusqꜫ eū videm⁹ Ideo caritatiua affectio d̄z imediate seq̄ cōtemplationē tanq̄ excellētior ꝛ ꝑfectior. ꝛ ꝑficiens intellectū ꝯtēplatiuuꝫ. Uolūtas enī tanq̄ posterior i ordie apit intellectui suaꝫ ꝑfectionē. Cui⁹ signū est. qꝛ volūtas impat intellectui q̄rere ꝛ inuenire noticiā q̄ est ꝑfectio itellect⁹. ꝛ part⁹ mēt̄. sic ōndit Aug⁹. ix. li. de t. c. viij. Et Hug. sup. vij. āgel. hier̄. dic̄ sic. Dilectō supemiet sciē. ꝛ maior ē q̄ itelligētia. P⁹ ei diligit̄ d̄s q̄ intelligat̄. ꝛ dilectio

intrat et appropinquat vbi scientia foris stat. Et istius dicti reddit rõnem. di. sic. Nec mirũ. qz dilectio semp amplius psumit et pfidit. semp acutũ habet penetrãs omĩa. et seqns impetũ ardentis desiderij. nec dissimulare valet donec ad amatũ perueniat. Hec ille. His pcordat Gilbertus porretanus sup Canti. sermo. xxviij. vbi dicit sic. Scientia inflat. caritas pflat. caritas intimior est qz scientia. et ad secretiora ptingit. Omĩa eñi interiora pflat spũs amoris. quo et scrutatur profunda dei. Hec ille. Nullũ etiã bonuz pfecte noscit qd nõ pfecte amat. sicut August. lxxxiij. qstionũ q. xxxv. dicit. Vñ Eccli. ij. dicit. Qui timetis deũ diligite illũ. et illuminabit corda vr̃a. Rõnabilit igit caritatiua affectio sequit pteplationẽ tãqz pficiẽs eã. qzuis incognita amari omino non possint fm Augustinũ.

Distinctio secũda.

Secundo videndũ est. qd sit caritatiua affectio. vt ex hoc spũs cognoscat qliter ipa sit iter ad etna. De quo pmo sciendũ est qp amor. dilectio et caritas in scriptura freqnter p eodẽ accipiuntur. vt dicit Dionysi. iiij. de diuis noibus. vbi dicit. Cõmunit et vniformit vtendũ est in diuinis noie amoris nomie dilectiõis siue etiã caritatis. Et Augus. vj. de trini. dicit. qp nihil aliud est caritas nisi amor boni. Est igitur sciendũ sic dicit Diony. iiij. de diuis nominibus. vnus est amor increatus q sua supsubstantiali et vniuersali appetibilitate ingignit amorẽ creatũ oĩbus rebus. q amor creatus est quedã inclinatio et coordinatio amantis ad bonũ amatũ. et iõ Diony. distinguit ibidez diuersos amores fm diuersas inclinationes ad bonũ appetibile. di. Quẽ amorẽ nominamus siue diuinũ siue angelicũ. siue intellectualẽ siue naturalẽ. designamus noie amoris quãdã virtutẽ vnitiuã. vbi dicit cõmentator. Amor est cõnexio et vinculũ q oĩm rerũ vniuersitas ineffabili amicicia insolubiliqz vnione copulant. Et cõmẽtator expõit et declarat istos amores ibidẽ. Ex qbus magis qd amor siue charitas sit apparebit.

Amorẽ naturalẽ vocãt inclinationez ad bonũ. q nõ psupponit cognitionẽ aliquaz. q inest oĩbus rebus a creatore indita. q incline tur ad pseruationẽ sui esse. qd est bonũ eis. Vñ Job. xxxvij. frumẽtũ desiderat nubes id est natura hẽ bz inclinationẽ ad h bonũ.

Amorẽ aĩalẽ vocat inclinationẽ ad bonũ. q psupponit cognitõnẽ sensitiuã. et h tñ est in his in qbus est sensibil appetitus. vt i homine et in brutis. Amorẽ intellectualẽ vocat inclinatõnẽ ad bonũ. q psupponit cognitionẽ rõnis. vt cõmẽtator ait. q est in hoie. et h amor distinguit. Quia qñ est inclinatio ad bonũ q nõ psuppõit nisi naturalẽ cognitionẽ hõi absolute. et ẽ a volũtate et delibatiua respectu boni relati ad aliud vt ad finẽ. vel circũstans. vl ad aliqd aliud. tũc ẽ amor electiuus. q pprie dr dilectio. Si ãt ille amor fit p quẽ sit acceptus deo et dignus remunerari in eterna vita. amor caritatis est siue gratuitus. et h amor necessarius est. vt sic intellectus p fidẽ qd est lumẽ supnaturale eleuat ad btifici obiecti supnaturalez cognitionẽ. ita et affectus siue volũtas p supnaturalẽ habitũ caritatis eleuat ad btifici obiecti supnaturalẽ affectionẽ vt ifra patebit. Amorẽ aũt angelicũ vocat inclinationẽ in bonũ. q psupponit altiorẽ cognitionẽ qz sit cognitio hũana. et iõ angelus fortius inclinat i bonũ cognitũ et pfectius. Vñ Linconieñ. cõmẽtator sup. v. angel. hierar. dicit sic. Angli ex rõnis habundãtia scientes id qd apperunt esse vere desiderabile et vehemẽtissime et intime et totis viribus desiderãdũ et amãdũ amore puro. et nõ in aliud tendẽte. illud intẽdũt ita fortit et inauertibilit qp illa intẽtio a nulla ptãte et potẽtia intercipi põt vl impediri. et sic amor intellectualiũ tẽdit in eis inuisũ bonũ qd est verũ et summũ bonuz. Hec ille.

Amorẽ vo diuĩũ Diony. de diuis no. iiij. ponit extistentẽ supsubstr i bono ex bono ad existentiã emanãtem. q et rursus ad bonũ pu ertit in q diuinus amor mõstrat. sic qdã eternus circulus bñs sui inteminabilitatẽ et pnci piũ carentiã. circũambulãtis pter bonũ ex bono et in bonũ p qndã circulationẽ nõ errantẽ. et ipe amor in eodẽ et fm idẽ pcedens sp in se manet. et ad se restituit. Hec ille. De isto amore dicit idẽ sic. Audeo et p vero dicere. qz ipe deus omniũ tam pulchro et bono amore omniũ p habundantiã habũdãtem et amatiue bonitatis quasi extra seipm fit puidendo omnibus existentibus. et p amorem et bonitatem trahitur. et ex eo quod est super omnia ad id quod est in omnibus deducitur fm virtutem supersubstantialẽ facientem extasim. sed a se ingressibilez. pter qd deum zelotẽ vocãt tanqz habundanter

om ſtē eriſtētiā. ꝛ ercitātē mētē ad ſeruētē ðe ſiderū ip̄ꝰ. Vn̄ amabil' ꝛ diligibil' ð ī iq̄ntū eſt plenitudo bonitatis et pulchritudinis cūctis apparentib; ð deus amor ꝛ dilectio inquātū ip̄e eſt ꝟtus mouens ꝛ q̄ſi ſurſum agens om̄ia ad ſe naturalit' appetēdū quē admodū adamas quieſcēs facit ferrū mo ueri. Hec Dionyſiꝰ. Ex his om̄ib; ꝯcludit dicēs. Qn̄ ergo amorē nomīamꝰ ſiue diui nū ſiue angelicū. ſiue intellectualē ſiue ani malē ſiue naturalē. deſignamꝰ noīe amorꝫ quādā virtutē vnitiuā ꝛ cōcretiuā mouen tem ſupiora ad ꝓuidentiā inferioꝝ ꝛ coor dinatā ad cōtinuā ꝛ mutuā habitudinē in ferioꝝ ad cōuerſionē ad ſupiora. Ex quib; om̄ib; apparere pōt ꝙ amor eſt virtꝰ vniti ua amātis cū amato.

Diſtinctio tercia.

Tercio ne ſp̄us humanus arripiat iter naturalis affectiōis. vel acq̄ſite dilectionis ꝑ itinere caritatiue affe ctionis. expedit videre q̄liter affectio carita tiua ſiue gratuita a naturali affectiōe ꝛ acq̄ ſita dilectiōe vel amore differat vel diſtin guat'. De quo notādū eſt ꝙ ſic ði. Hugo de ſcō victore in lib. q̄ incipit Accipe frater cariſſime. Affectus eſt ſpontanea quedā ac dulcis ip̄ius animi ad aliq̄d inclinatio. Et q: ſicut ip̄e dicit ibidē. Scōm variā incli natiōnē affectionū ꝛ motuū varianť noſtri amores. ideo vt de om̄ib; affectiōib; ꝛ mo tibus quib; amor nr̄ multiplicit' variatur quis illoꝝ maxime ſequēdus ſit ꝛ q̄liter vt cōpetenť fiat ꝛ reſpuēdus ſit. vel etiā repri mendꝰ ſubtilꝰ eſt inquirendū. Per hoc pa tebit in q̄ amores iſti cōueniūt ꝛ differunt. Sunt aūt ſicut oppoſiti idē q̄nq; amores ꝛ affectiōes quib; inclinamur ad aliquē vel aliquid. Primꝰ eſt affectus naturalis. de quo dicit Hugo ibidē ſic. Natural' affectꝰ eſt cuiuſlibet ad carnē ſuaꝫ. Nemo eīm car nem ſuā odio habuit. Itē matrꝫ ad filium. nō eīm pōt mater obliuiſci infantē vteri ſui. Itē homīs ad domeſticū ſuū. Qui eīm cu ram domeſticoꝝ non habet. fidē negauit. ꝛ eſt deterior infideli. Hunc ſane affectuꝫ ſic nō admittere impoſſibile eſt. ita nō ſeq̄ ſū me virtutꝫ eſt. niſi rōne reguleť. Semp eīm iſte affectꝰ mollia ſuggerit. ꝛ ſuaue ꝛ iocun dū. quod terrenū. qō voluptuoſū. qō deli catū libenter amplectiť. Qō vero aſperum. qō voluntati ꝯtrariū om̄i horrore refugit. quo circa huiꝰ affectiōis executio amor ꝑ uerſus eſt. Hic amor a ſaluatore interdiciť cū dicit. Qui amat animā ſuā ꝑdet eā. Pro inde ſctūs Augꝰ. dicit. Si male amas tūc odiſti. ſi bene oderꝫ tūc amaſti. Sequitur. Qui eīm amat ꝟm talē affectū vtiq; odit. q: qui diligit iniquitatē odit aniam ſuā. q̄ ve ro odit ꝟm illū affectū ꝟm rōnē diligit. Na turale quidē eſt ꝙ hō erga ſe ꝛ ſuos affectū habet. ſed amorē ꝟm affectū habere nō de bet. Hec ille. Qualiter ab iſto affectu naturali af fectio caritatiua differat. ptꝫ. q: iſta cū ho mine naſciť. illa vero a deo inducit. vt dicit idē Hugo Scōs eſt affectꝰ carnal' de q̄ dicit idē ſic. Carnalis affectus duplex eſt. Plerūq; eīm neq; ꝟtus neq; viciū eſt. ſed eſt quedā exterioꝝ homīs habitudo. animuꝫ intuentis ſibi inclinās facile. Quippe cū ali cuiꝰ forma eſt elegātior ꝛ ſermo ſuauior. ve nuſtus aſpectꝰ. etiā ignorātis qualis ip̄e ſit ꝓuocat ꝛ ꝯſtringit ip̄m affectū. Hoc in pue ro moyſe apparuit ꝓpter elegantē formaꝫ trib; menſib; cōtra ꝓceptuꝫ pharaonis ab ſcondebať. ꝛ a filia ip̄ius pharaonis in fili um fuit adoptatꝰ. Porro ꝛ q̄ ad noxiā vo luptatē in qualibet ſpecie ſuauitatis male blanda cōpungit. motū carnalis affectus nemo ſani capitis dubitabit. Hic carnalis affectus fuit Dauid ad ſpeciē Berſabee. ꝑ uenit incautū. ꝑuentum diſſoluit. diſſolu tum obruit. Hic affectus ſapientiā ſalomo nis abſorbuit ꝛ carnali libidine diſſolutū. in ſpiritalis fornicatōis baratrū ꝛ nephan diſſimā ydoloꝝ culturaꝫ deiecit. Hec ille. Talis affectꝰ nō meretur habere nomen a moris veri. ſed vt dicit Diony. v. de angel. hierar. ꝛ. ij. de diuinis nomi. eſt longinquū ydolum veri amoris ꝛ plenꝰ anxietate. Affe ctio autē caritatiua plena eſt iocunditate. Unde Richar. de trini. Sicut caritate ni hil eſt meliꝰ. ita ꝛ nihil eſt iocūdius. Ter cius affectꝰ eſt officialis. de quo Hugo ibi dem ſic dicit. Officialē affectū dicimus qui meritoꝝ vel obſequioꝝ exhibitoruꝫ quo rundā animos inclinat. qui q̄uis ſit peri culoſus. tamē admittēdus eſt. ne ſis ignarꝰ vel ingratus ab officio. Cauendus eſt ne tam homini impartiať q̄ȝ vicio. Quid ma gis cauēdū eſt q̄ȝ ne obſequijs vel mūerib; illectꝰ aut foueas vicia aut vicioſa. Proin de i mūerib; vel obſequijs ſuſcipiēdis mag̃ hūda ē diſcretio. Et attēdēdū eſt ad ꝑſone

dignitatē vt si forte tāti meriti sit vt affect⁹ officialis trāseat in rōnalē. vt quē cepimus diligere qz nobis gratus. diligi incipiat qz ꝟtutibꝫ adornat⁹. ꝛ retributio ſm rōnē nō ſm affectū impendat. sed ꝛ desideriuz quo amati p̄ntia desiderat. vel act⁹ q̄ ipa p̄ntia cōparat rōnē sequat nō affectū. Iste qz affectus q̄ hoīez sine alterius cause respectu sponte cōplectit p oīa temperet. Ab illo affectu multū differt affectio caritatiua. quia illa q̄rit q̄ sua sunt. p caritatē aūt singła sīt oīm. ꝛ oīa singuloꝝ. qz nō q̄rit q̄ sua sūt. ait Grego. xxviij. li. moꝝ. Quart⁹ est affect⁹ rōnalis. de q̄ Hugo ibidē sic di. Rōnal affectus ħ est q̄ ex ꝯsideratione aliene ꝟtutis oborit. vīcz cū ocul' nr̄is cuiuslibꝫ ꝟtus vel sctītas explorata vł fama diuulgata mētez nostrā dulcedinis suauitate ꝑfundit. Sequitur. Hic ē affect⁹ q̄ nos audita triumphali martyꝝ passiōe. suauissima cōpungit deuotione ac memorabiles actus p̄cedentiū q̄si sub oculis delectabili meditatiōe depingit ꝛ ad primi dilectionē ꝯtēplatis ei⁹ virtutibus accēdit. ꝓpter qꝺ ꝯstat hūc affectuz esse ꝑfectiorē. Etenī nō modicū ꝟtutis indiciū est ipe amor ꝟtutis ex q̄ ad actū ꝟtutis exercitabitur. Hec ille. Ab isto affectu differt affectio caritatiua. qz ista rōne mediāte ab exēplis exterioribꝫ orit ꝛ excitat. Affectio vero caritatiua a spūsctō ad amādū etiā pctōres inflāmat. ꝛ bonoꝝ exēplis multo dulci⁹ afficit. vt pꝫ p aplm vł p alios sctōs Quintus ē affect⁹ spūalis. sic dict⁹. qz vel a spū imittit vel a spū orit. vel a spū inspirat. Et ħ affect⁹ est triplex. qz q̄nqꝫ imittit a spū maligno. q̄nqꝫ orit a spū hūano. ꝛ q̄nqꝫ inspirat a spū diuio ꝛ sctō. A spū maligno affect⁹ immittit vt dicit Hugo ibidē q̄n inclinat aliquē ad vicia. Illo affectu maligno fili⁹ dauid iprobe in sororis exarsit amplex⁹. Istūqꝫ affectū misit in cor iude vt dn̄m traderet Illo affectu inclinat ad queqꝫ turpia. Vn̄ ꝓpha. Spūs inq̄t fornicatiōis decepit eos Qualiter autez affectio caritatiua differat ab illo planū est. qz ab illo ꝯtrahit. A spū autē hūano tā ex innata ingenuitate q̄ ex studiosa ꝛ exercitata ꝯsuetudine oriunt q̄nqꝫ affect⁹ amorosi ad summū bonū diligendū. qꝺ ē sūme appetibile. ꝛ sūt simillimi affectōi caritatiue siue gratuite. Nā si accipiat grad⁹ maxim⁹ caritatis. q̄ (testāte veritate in euāgelio) ē vt aniam suā ponat q̄s p amicis suis. similez gradū ex puris naturalibꝫ inueniant multi ascendisse. Vn̄ Aug⁹. li. j. de ci. dei. c. xviij narrat q̄ multi vtilitatē reipublice ꝓprie vite p̄ponebāt. Et exēplificat de ħ. xviij. li. ca. xviij. Et Tulli⁹ lib. j. de officijs dicit q̄ duo erāt p̄cepta platonis volētibꝫ reipublice pdesse. Primū vt vtilitatē ciuiū sic tueant vt q̄cūqꝫ agāt ad eā referāt. obliti comodoruz suoꝝ. Scdm p̄ceptū fuit vt totū corp⁹ reipublice curēt p̄ncipalit. ne dū aliquā partē tueant reliq̄s deserāt. A spū aūt diuio affectus caritatis infundit. vt patebit. q̄ licet in multis differat a p̄dictis. in multis tn̄ ꝯuenit cū eis. ꝓpter qꝺ difficile ē distinguere inter istas affectiōes. s. caritatiuā. naturalē ꝛ acq̄sitā ꝓpter silitudinē actuū suoꝝ. Et tn̄ isti habit⁹ differūt. qꝺ certū est p̄mo q̄ntuz ad originē. qz caritas ꝗtuita a solo deo supnaturalit infundit. Vn̄ ad Ro. v. Caritas dei diffusa ē in cordibꝫ nr̄is p inhabitātez spm̄ sctm̄. Illa autē. s. natural p naturā cū hoīe nascit. ꝛ altera p exercitiū acq̄rit. Scdo differūt q̄ntū ad substātialitatē. qz caritas gratuita ē viuificatiua. purior et feruētior. qz nunq̄ est sine spūsctō q̄ dat in ea. neutra aūt aliaꝝ viuificat. Tercio differūt q̄ntū ad formalitatē. qz caritas ꝗtuita alias ꝟtutes vł habit⁹ informat ꝛ ꝑficit. vt dic Amb. Vtriqꝫ aūt illoꝝ manēt informes ꝛ iꝑfecti sine ista. Quarto differūt q̄ntū ad finis capacitatez. qz caritas ꝗtuita spm̄ hūanū a culpa educit. in grām ꝯducit. ꝛ deo vnit. et gaudio ꝑhenni ꝛ iubilatiōe ꝯsūmat ꝛ perficit. Unde Raban⁹ in quodā sermone dicit sic. Caritas siue amor diuinus est ignis in meditatione. mentē purificās a sordibꝫ viciorū. Lux est in orōne. mentē irradians claritate virtutū. Mel est in grāꝝ actione. mentē dulcorās dulcedine diuinorū beneficiorum. Vinū est in cōtemplatione. mentem inebriās iocunda delectatione. Sol est in eterna beatitudine. mentē clarificans serenissimo lumine ꝛ suauissimo calore exhilarans ineffabili gaudio. in ꝑhenni iubilatione. Hec ille. Nullū istorū potest perficere sine charitate. nec naturalis amor nec acquisita dilectio. Bern̄. sup Canti. sermo. l. sic distinguit dicēs. Est affectio quā caro siue natura gignit. Est affectio quā caro regit. Est affectio quā sapia cōdit. Hec vltia p̄mā illumiat. scdam remunerat. p̄ma q̄dez est dulcis. sed turpis. scda ē sicca. sꝫ fortis. tercia

cia suauis et pinguis. q̄ gustat qm̄ suauis ē dn̄s. Dec ille. Certa vñ differētia in his nō potest haberi. Distinctio quarta.

Articulus primus.

Quarto igit vidēdū est quibꝫ signis vel cōiecturis caritatiua affectio vt a deo inspirata est q̄litercūqꝫ cognoscat. Circa qḋ sciendū q̄ q̄uis mgr̄ i sententiis li. iij. notificare nitat habitū caritatis di. Caritas est virtus gratuita volūtatē in esse scḋo pficiēs. in ordine ad actū diligēdi ꝓmpte et faciliter ꝓpter se et sup oīa summū bonū. Et licet habitꝰ notificent ꝑ eoꝝ actꝰ. tn̄ vt supra patuit. qꝛ actꝰ caritatis et actꝰ amoris naturalis et acq̄site dilectōis sunt similes simil. ideo nō possumꝰ certitudinaliter scire vtrū habeamꝰ habitū caritatiue affectōis qḋ nō absqꝫ rōnabili causa a deo ordinatū est. et iō oportet nos esse cōtentos aliqbꝫ signis et cōiecturis qbꝫ aliq̄liter ꝯfidimus nos hr̄e caritatē gratuitā. Et qꝛ ista signa et cōiecture oriunt ex actibꝫ caritatis quoꝝ alii qui ex ip̄a caritate oriunt. alii ex ip̄a imperant. et hoꝝ alii sunt caritatis incipientiū. et alii sunt caritatis pficientiū. et alii caritatis pfectoꝝ. ꝓpter qḋ sancti et doctores aliq̄ dicunt aliq̄ signa esse caritatis iā roborate. et aliqua esse caritatis signa iā pfecte. Et signa caritatis iā genite siue infuse. sic dicit Bern̄. in sermone de oībꝫ sctis. sunt q̄ttuor q̄ ibi numerat di. sic. Primū signū caritatis genite siue infuse est dolor de culpa p̄terita. Rō huius est. Caritas et culpa mortalis opponunt. et ideo simul stare nō pn̄t in eadē volūtate. Ideo qn̄ caritas est in volūtate expellit culpam ꝑ dolorē ꝯtritōis. Vn̄ Aug. ome. viij sup Iohem dicit sic. Radix oim bonoꝝ est caritas. et radix oim maloꝝ est cupiditas. et simul ambe nō pn̄t esse. qꝛ nisi vna radicitꝰ euulsa fuerit. alia plātari nō pōt. Ergo dolor ꝯtritōis signū est habite caritatis. cum vtraqꝫ simul in volūtate eē nō possit. Secundū signū caritatis genite fm̄ Bern̄. ibidē est summū ꝓpositū cauēdi futura pctā cū effectu. Huiꝰ rō est. qꝛ hr̄e ꝓpositū cauēdi oia pctā mortalia cū effectu nec ꝑ amorē naturalē nec ꝑ acq̄sitā dilectionē pōt diu qs hr̄e sine grā siue caritate adiuuāte. Vn̄ Augꝰ. li. i. retrac. c. viij. dicit q̄ volūtas ip̄a nisi grā dei liberet a seruitute q̄ facta est sua peccati et ꝑ grām adiuuet recte piecꝫ viui a mortalibꝫ nō pōt. licet em̄ ꝓpter libertatē posset vitare q̄dlibet pctm̄ mortale signatū. nō tn̄ ꝓpter infirmitatē pōt diu oīa in cōmuni vitare qn̄ in aliqḋ incidat. ergo diu esse sine mortali pctō signū est caritatis iam habite. Sine mortali. i. sine ꝯscia mortal. Terciū signū est caritatis genite. fm̄ Bern̄. ibidē est delectatio in auditu diuini sermōis. Rō huiꝰ est. qꝛ amātes delectant in ſmonibus mutuis. siue sint ſmones inspirati siue scripti siue exteriꝰ auditi vt ex illis capiant experimētū mutuoꝝ affectuū q̄s charitas silentio tegere nō pt. Mos eni amantiū est (ait Criso.) vt amorē suū silentio tegere n̄ queāt. Vn̄ et Gilbertꝰ por. sup Cāt. ser. xv. Iō caritas inspiratiōe. i. interna locutione nō est ꝯtēta. sed sacri sermōis institutiōes velut clipeos vndiqꝫ mēoriter apprehēdit. sed nec his ꝯtenta q̄si vociferando clamat. Nunciate dilecto qꝛ amore langueo. vbi dic̄ glo. Filiis volētibꝫ docere. ista flagrans amore pōt alloquit. Ex his apparet q̄ delectatio in auditu vbi dei est signū caritatis genite. Quartū signū caritatis genite est ꝓmptitudo boni opis. Rō hꝰ signi ē qꝛ caritas maxie est opatiua. qꝛ ip̄a ē amor finis. et iō impat oēm actū ordinatū vel ordinabilē in hūc finē. Vn̄ Grego. in omel. sup Iob. Si quis diligit me dicit. Nūqꝫ amor est ociosus. opat eni mag̃ si ē. si aūt opari renuerit amor nō ē. Et ibidē ꝓbatio dilcōis est exhibitio opis. Et Ber. sup Cant. Magna res ē amor. et si ad suū recurrit ꝑncipiū si suo origini reduct. si refusus suo fonti. semꝑ ex eo sumat vn̄ iugit fluat. igit opatio bonorū opeꝝ signū ē caritatis hr̄e. Quintū signū caritatis iā genite ponit Amb. in li. ḋ solitudinibꝫ vbi di. Qn̄ aliq̄s de defectu alicuiꝰ tristat spūali. et de pfectu alioꝝ spūali letat. signū ē caritatis. Et Aug. in vna epl̄a ad hyponēses di. Qui nō dolet ḋ malo ꝓximi nō est i eo caritas xp̄i. Rō hꝰ signi ē. qꝛ cum fm̄ Dioñ. caritatis ardor sit virtꝰ vnitiua. iō nitit oīa liq̄scere et in vnū ꝯflare. vt i ip̄a vniant. Vn̄ Gre. sup Eze. dic̄ sic. Ecce q̄l ē caritas q̄ diuersitates mētiū accēdit. ꝯcremat ꝯflat. et q̄i i vnā spēz auri reformat. Sꝫ hāc ꝯflationē vnitiuā defectꝰ spūaliū impedit et pfectus pficit. ideo caritas facit de vno tristari et de altero letari. Vn̄ apl̄s i. ad Cor. xiij. dic̄ q̄ caritas n̄ ꝯgaudet iniq̄tati. sꝫ magis ꝯgaudꝫ v̄itati. igit tristari ḋ ḋfcū spūaliū et gaudere de coꝝ pfectu signū est caritatis.

Articulus secūdus.

SEcūdo quidā tradūt aliq̄ signa caritatis iā roborate siue pficient. Et licet multa sint signa isti⁹ caritat. tñ q̄nq̄ sufficiāt mag vtiliora. Primū igit signū iā roborate ꝛ pficient caritat est frequēs ꝛ insta ꝯscie examiatio. nō solū de peccat mortalib sed etiā de venialib. Rō h⁹ signi est. qꝛ sic caritas opponit pctō mortali. ita seruor caritatis opponit veniali. vt ipm expellat ab aīa. ne spūiscō displiceat. qꝛ omnes officinas mētis visitat ꝛ mūdat. Vnd Greg. s. li. moꝝ. ꝛ bn in ser. de penth. Spūs sctūs pfecto monet. monet ꝛ docet. monet mēoriā. mouet volūtatē. ꝛ docet rōem. nec mīmā pctī paleā intra cordis qd possidet habitaculū patit residere. sꝫ statim igne subtilissime circūspectōis exurit. Hec ille. De q̄ igne Amb. sup illō Lu. xij. Veni ignē mittere. Dicit ignē. qꝛ aurea vasa dñice dom⁹ meliorat. fenū vero ꝯsumit ꝛ stipulā. Cum igit frequēs examiatio ꝯscie sit a spūsctō p fauorē caritat. planū est qꝛ ipa est signū roborate caritat q̄ opit multitudinē pctōꝝ.

Scdm signū pficient caritat ingenite est cōcupie diminutio. Rō hui⁹ signi est. qꝛ quāto caritas diligēs deū mag augmētat. tanto mag hō a ꝯcupia tpaliū elongat. ex q̄ ipa ꝯcupia intātū diminuit. Vñ Aug. in enchiri. dicit q̄ minuit ꝯcupia crescēte caritate donec veniat ad magnitudinē q̄ maior esse nō possit. Vbi aūt nō est caritas ibi regnat cupiditas. regnat autē cupiditas qñ desideriū veri ꝛ boni expellit ꝛ saporē. Qualiter aūt sapor mali siue ꝯcupiscētia in homine oriat. ꝛ q̄lit p saporosā sapiam expellat. Reqre infra itinere. vj. di. iiij. Terciū signum charitatis proficientis est sensuum interiorum siue spiritualium vitalis exercitatio. Ratio istius signi est. qꝛ sicut exercitatio sensuū corpaliū signū est corpalis vite. ita exercitatio sensuū spūaliū signū est spūalis vite. Sūt nāq̄ q̄nq̄ sensus interiores i mēte. sic sunt q̄nq̄ sensus exteriores i corpore. sic vꝫ in li. d spū ꝛ aīa. ꝛ Gre. s. li. moꝝ. dicit. Habitare in corpe aīam pbāt vitales sensus. ita habitare in aīa spm pbat vita spiritual. Illud ex visu ꝛ auditu dnoscit. istud ex caritate ꝛ alijs virtutib pbat. igit ex caritate siue dilectiōe q̄ est vita aīe sm Hugonē de arra aie sensus interiores viuificant ꝛ exercitant. aō pfect⁹ interior siue spūal exercitatiōis signū est aug mētate ꝯlectiōis q̄ oīa exercet in finē. i. ordinat. De hac exercitatiōe sensuū reqre sup̄ di. iiij. Quartū signū caritatis est studiosa mandatoꝝ dei obseruatio. Rō hui⁹ signi est. Quia obsuatio mandatoꝝ vera sine caritate fieri nō potest. Vñ dñs dicit sic. Qui diligit me sermonē meū seruabit. ꝛ pr̄ me⁹ dili. eū. ꝛ ad eū veniem⁹ ꝛ māsionē apud eū faciem⁹. Qd exponēs Grego. in omel. dicit sic. In q̄rūdā corda venit ꝛ māsionē nō facit. qꝛ tpe temptatiōis ab eo recedūt. In q̄rundā corda venit ꝛ māsionē facit. qꝛ sic amor siue caritas deitat eos penetrat vt ab amore tpe tēptatōis nō recedāt. Qualit aūt caritate nō pficeret q̄ fontē dilectiōis in se hrēt ꝛ iā aliqualit gustaret. Vñ Aug⁹. dicit Si tu quis verā requiē q̄ post hāc vitā pmittit queris etiā hanc inter amarissimas vite h⁹ molestias suauē iocūdiāq̄ gustabis si ei⁹ q̄ eā pmisit pcepta seruādo dilexeris. Et sic ptꝫ quartū signū caritat pficient. Quintū signū caritatis pficientis est diuinaꝝ veritatū manifestatio. Rō hui⁹ signi est. qꝛ amor est signū cōmunicatiōis. ꝛ ideo amic⁹ reuelat ꝛ cōmunicat amico suo secreta sua q̄si nō credens ea ponere extra se. sed in eo q̄ est sicut ipse. Amic⁹ eñ me⁹ est q̄si alter ego. ait q̄dā. Vñ Richar. lib. iiij. de ꝯtemplatiōe. ca. xvj. dicit sic. Si vis noscere qꝛ subtilitas diuinarū reuelationū sit manifestū diuine dilectionis indiciū. audi. iā nō dicā vos seruos inquit dñs. sed amicos. qꝛ omnia nota feci vobis que audiui a pr̄e. qꝛ ex magnitudie diuine dilectiōis pendet mod⁹ diuie reuelatiōis. Et idē dicit sic. Certū igit signū tibi sit q̄ dilectū tuū minus diligis. ꝛ ab illo min⁹ diligeris si ad theoricos excessus nōdū vocantē sequi merueris. Ex q̄ ptꝫ q̄ crescente reuelatiōe crescit ꝛ dilectio. Et signū quintū caritatis pficient ptꝫ sic.

Articulus tercius.

TErcio quidā tradunt quedā signa charitatis iam pfecte put potest pfici in via. Quia sicut dicit Prouerb. iiij. Iustoꝝ semita q̄si lux splendens procedit ꝛ crescit vsq̄ ad perfectā diem scꝫ pfecte charitatis. Et ideo sciendū est q̄ in viatorib duplex ē pfectio caritat. Vna est necessitat ꝛ sufficiētie. Alia ē puilegiate sctitat ꝛ excellētie. Has pfectōes tāgit psy li. iij. de vita ꝯtēpla. vbi dicit sic. In hac vita pfect

sunt illi q̃ pfecte diligũt. q̃ volendo qđ vult deꝰ nullis pctis quibꝫ offendit deꝰ acquiescunt. ⁊ semp ad ṽtutes hñdas se extendũt. Perfectionē necessitatꝭ tãgit cũ dicit. Qui volendo qđ vult deꝰ. ⁊ hanc hꝫ q̃cunqꝫ manet in charitate. ⁊ ad hãc pfectionē inuitat dñs Deut. xvi. di. Perfectꝰ eris ⁊ absqꝫ macula corã dño deo tuo. Absqꝫ macula criminali. s. ait glo. Perfectionē aũt excellẽtie tãgit Prosper cũ dicit. Semp ad ṽtutes habendas se extendũt. Vñ bñ in epl'a quadã dicit sic. Indefessuꝫ pficiẽdi studiũ ⁊ iugis conatus ad pfectõem. reputat' pfectio. Sꝫ q2 apl's ad Rom. vij. dicit. Velle mihi adiacet. pficere aũt nõ inuenio. iõ plena caritas q̃lis erit in patria nullo mõ in via hri põt. Propter qđ signa talis pfecte caritatꝭ h̃ nõ querunt'. sed signa pfecte caritatꝭ put in via haberi põt q̃runt'. Est igit' notãdũ q̃ signa caritatis pfecte dupliciť cõsiderari pñt. q̃a quedã habent' ex actibꝫ exteriorībꝫ. ⁊ q̃dam q̃si ex actibꝫ iterioribꝫ. ⁊ licet de vtrisqꝫ multa assignari pñt. tñ d̃ vtrisqꝫ q̃nqꝫ ad p̃sens sufficiãt. Primũ igit' signũ extrinsecũ caritatis pfecte est si q̃s p salute ꝓximi mori paratꝰ est. Ratio istiꝰ signi est. q2 sic dič Augꝰ. lib. de gra. ⁊ libe. ar. Parua caritas non sufficit ad implẽda magna mãdata. vt sunt mori p christo vel p fratribꝫ. ⁊ cetera hmõi. sed req̃rit' ad hoc caritas magna. i. perfecta Vñ sup epl'am Joh. dicit Augꝰ. Perfecta caritas hec est. vt q̃s p fratribꝫ sit mori paratꝰ. sicut ⁊ Orige. etiã exponit illud Cant. vij. Ascendã ad palmã dicit. Volũtas patiendi pbauit q2 veraciť amauit. ⁊ tãto erat amor altior quãto patiẽdi p eccl'ia volũtas erat paratior. Hec ille. Et dñs Johis. xv. Maiorē hac dilectionē ⁊c. Signũ igit' pfecte caritatis est si aliq̃s paratꝰ est mori p salute ꝓximi. Scđm signũ extrinsecũ pfecte caritatis est si inimicos diligit. ⁊ eis ꝓpter deũ bene facit. Rõ huiꝰ signi est. Quia sicut dič Hugo de arra aĩe. Amor transformat amantē in sĩlitudinē amati in q̃ntũ pt. nõ solũ q̃ntũ ad substãtiã sed etiã q̃ntuꝫ ad opatiões arduas ⁊ difficiles. Cũ ḡ deꝰ amatur. q̃ diligit inimicos ⁊ bñ facit eis vt ipse ostendit Math. v. di. Diligite inimicos vestros. ⁊ bñ facite eis. vt sitis pfecti sicut et pater vr̃ pfectꝰ est. ⁊ h̃ nõ possit fieri p quãlibꝫ dilectionē sed p pfectã. q2 dicit Augꝰ. in enchiri q̃ talis dilectio pfectoꝝ est. ⁊ Orig. super Canti. dicit. In exhibitiõe pietatꝭ pbatur magnitudo amoris. iõ illud verũ est signũ. diligere inimicos ꝓpter deũ dilectum.

Terciũ signũ caritatꝭ pfecte extrinsecuꝫ est. si oĩa aduersantia gaudent' suscipit ⁊ paciẽter finit. Rõ huiꝰ signi est. Quia caritas pfecta mentē ab amore huiꝰ vite q̃si totaliť auertit. ⁊ occidendo q̃si insensibileꝫ reddit. q2 penas tpales ⁊ mortem ɔtemnere facit. Vñ Grego. omel. ix. dicit sic. Fortis est vt mors dilectio. q2 sicut mors corpꝰ interimit. sic caritas vite eterne ab amore tpaliũ mentē auertit ⁊ occidit. Nã mentē quã pfecte caritas absorbuerit ad terrena foris desideria velut insensibilē reddit. neqꝫ scũs quilibet mori p dño potuisset in corpe. nisi ꝓus a terrenis desiderijs in mente mortuꝰ fuisset. Hec ille. Caritas eñi omia sustinet. ait apl's. j. ad Cor. xiij. Vñ apl'i ibant gaudentes a ɔspectu ɔcilij ⁊c. Ex q̃bꝫ p3 ratio istius signi. Quartũ signũ pfecte caritatꝭ extrinsecũ est. si omĩbꝫ renũciare paratꝰ sit. ⁊ sequi xp̃m. Rõ huiꝰ signi est. quia pfecta caritas oĩa rẽnuit q̃ eiꝰ officiuꝫ impediũt. Vñ apl's oĩa arbitratꝰ est vt stercꝰ vt dilectũ lucrifaceret. Sed tpaliũ ɔcupiscẽtia maxĩe impedit officiũ caritatis. Dicit eñi Augꝰ. lxxxiij. q. xxviij. q̃ caritatis venenũ est spes adipiscendoꝝ tpaliũ. ⁊ nutrimẽtũ caritatꝭ est im minutio cupiditatꝭ. pfectio vero caritatꝭ est vbi nulla est cupiditas. De h̃ dicit Gre. viij li. mor. c. ix. Sũt nõnulli iustoꝝ q̃ ad cõtẽplandũ culmē pfectõis dũ ad altiora interius appetũt. exteriꝰ cũcta derelinquũt. q̃ rebꝫ habitis se nudãt. glia honoꝝ se expoliãt. q̃ desiderioꝝ internoꝝ assiduitate se affligũt. de exteriorībꝫ hr̃e ɔsolationē nolunt. quibꝫ paulꝰ dič. Mortui estis ⁊ vita vr̃a abscõdita ē ĩ dõ. Hec ille. Et sic p3 q̃ renũciare oĩa ⁊ seq̃ xp̃m. eiꝰ voluntatē faciẽdo signũ est pfecte caritatꝭ. Vñ Jo. p̃. ca. c. ij. dicit. Qui ṽuat verbũ dei vere in eo caritas dei pfecta est. Quintũ signũ pfecte caritatꝭ extrinsecũ ē. si nihil aliud q̃ꝫ solũ deũ timuerit. Rõ huiꝰ signi ē. q2 sic dicit Jo. j. epl'a. c. iiij. Perfecta caritas foras mittit timorē. Qđ exponẽs Gilbertꝰ porreta. k. xviij. dicit sic. Caritas ꝓximi caret liuore. sed caritas xp̃i caret timore. Hec eñi nihil penale hꝫ. timor aũt penaꝫ hꝫ. ḡ in xp̃i caritate nõ erit timor nisi filialis. Quid eñi timebit charitas veteres offensas. q2 multitudinē pctõꝝ opit caritas

Quid infirmitatem ꝓprie ꝯsciētie timebit ne
decidat. qꝛ fortis vt mors dilectio. Quid tē
porales ꝑ xp̄o timebit molestias finibiles.
cū nec quidē si eterne fuerint defatigari aut
nec euanescere poterit dilectio ꝯsummata. i.
ꝑfecta. Nō iō amat charitas vt ꝑeat ſꝫ magꝭ
vult forꝭ in eternū ꝑire penaliṫ ꝙ ꝓuari visu
amoris iternaliṫ. Hec ille. Ex his patere pt
ꝙ timorē expellit charitas ꝑfecta. Quidam
etiā ponūt signū isti⁹ amoris corꝑalis vt fa/
ciei pallorē. corꝑis languorē. actōis torpo/
rem. ꝛ cetera hmōi. Sed illa sunt signa tam
amorꝭ carnalis ꝙ sp̄ualis. vt cōiṫ ptꝫ.

Articulus quart⁹

V Ltimo videndū est de signis intrin
secis charitatꝭ ꝑfecte. Sūt eni q̄daꝫ
actiōes charitatꝭ ꝑfecte q̄si int⁹ manē
tes a charitate elicite vł imꝑate. ꝛ tāto sunt
veriora q̄to interiora. Q̄to eni charitas ꝑ
fectior. tāto acutior. ꝛ ad intima ꝑtingēs. vt
patet ꝑ Hugo. sup. vij. angeł. hierarch. ideo
intimiores ꝛ ꝑfectiores elicit act⁹. Primū
igiṫ signū intrinsecū charitatꝭ ꝑfecte sunt ꝓ/
funda ꝛ itima suspiria mētis. Rō hui⁹ signi
pōt esse talis. qꝛ qū memoria rei amate inti
ma mētis tāgit. statim suspiria amorosa q̄si
quosdā nūcios amorꝭ expellit. donec eā pre
sentia dilecti visitet ꝛ visu reficiat. Vñ Gre/
gori⁹. v. lib. moral. adducēs illud Job. An/
teq̄ꝫ comedo suspiro diċ. Mēs ad inspira/
tionē fulgorꝭ intimi suspirijs vegetata ꝯua
lescit. qꝛ eū amor ṽitatis afficit ꝛ refectio cō/
templatiōis pascit. Tepid⁹ aūt amor hō non
facere pt. ſꝫ amor ꝑfect⁹. Patꝫ ḡ. ꝙ intima su
spiria sunt signū charitatꝭ ꝑfecte. vt idem et
Rich. dicūt. Secūdū signū charitatꝭ ꝑfe
cte sunt alta desideria. Rō isti⁹ signi est. quia
Aug⁹. lib. xiij. ꝯfessi. diċ sic. Oīa pōderibꝫ
suis aguṫ. ꝛ loca sua petūt. grauia deorsuꝫ
vt lapis. sursum leuia vt ignis. Hec extra lo
ca sua exeūt q̄si inq̄eta. ſꝫ qđ est pond⁹ i cor/
poralibꝫ. est amor i sp̄ualibꝫ. Vñ dicit idem
Amor me⁹ pond⁹ meū. eo feror q̄cūq̄ꝫ feror.
dono tuo accēdimur ꝛ sursum ferimur. Er
go q̄nto amor magꝭ accēdiṫ. tāto desideria
amorosa ꝑfecti⁹ sursum feruṫ. nec q̄escunt
donec ad locū suū. s. ad amatū deū ꝑueniāt.
Vñ sequiṫ. Inardescim⁹ ꝛ im⁹ ꝛ ascēdimus
ascēsiones i corde ad pacē in hierłm. Simi
le diċ lincoñ. sup. iij. angeł. hierarch. Et gre
gori⁹ lib. vij. moral. diċ sic. Sancti viri cuꝫ
desideriū eternitatꝭ anhelāt. in tāta altitudi
ne vite se subleuāt vt audire iā q̄ mūdi sunt
graue sibi ac deꝑmēs pond⁹ credāt. Valde
eni intollerabile estimāt q̄cq̄d id non sonat
qđ int⁹ amāt. Sequiṫ infra. Et multiplica
ta charitate maiorib⁹ desiderijs estuāt. ꝛ iaꝫ
ꝑuenire ad vitā sp̄ūs etiā ꝑ cruciat⁹ corporꝭ
anhelāt. Ex q̄ ptꝫ ꝙ alta desideria q̄ in sum/
mū desiderabile tendūt. signa ꝑfecte chari/
tatꝭ sunt. Idē diċ Rich. in tractatu de chari
tate. Tertiū signū ꝛ intrinsecū ꝑfecte cha
ritatꝭ sunt cogitatiōes lāguide. Rō istius si/
gni est ista. Fulgēti⁹ in q̄dā sermone diċ sic.
Necesse est vt q̄ ꝓcessit dilectiōis thesaurus
id est. amatū. illic sequaṫ cogitatōis affect⁹. i.
desideriū amorosum. Iō ṽitas ait. Ubi eni
thesaur⁹ tu⁹ est. ibi ꝛ cor tuū erit. Sequitur
Ut ḡ celestia thesaurisem⁹. celestia diligam⁹
Uis ḡ nosse vbi thesaur. sas. attēde q̄d amas
attēde ꝛ q̄d cogitas. ꝛ ita fiet vt thesauꝝ tu/
um ex tuo amore recognoscas. ꝛ amorē tuū
iudicio tue cogitatiōis intelligas. Hec ille.
Si ḡ cogitatiōis affect⁹ est vbi est thesaur⁹
amoris. i. amatū. planū est ꝙ cogitatio fasti/
dit oīe aliud ab amato. Vñ glosa suꝑ illō
Cañ. q. Adiuro vos fi. hieru. vt annūcietis
dilecto. qꝛ amore lāgueo. diċ sic. Pre magni
tud. ne amorꝭ oīa tꝑalia sunt mihi fastidiuꝫ
vñ langueo. Lāguor aūt iste causaṫ ex amo/
re ꝑfecto. Vñ Orige. ibidē distiguit int amo
rē simplicē ꝛ ardorē ꝛ languorē. dicēs. Amāt
inq̄t incipiētes. ardēt ꝓficiētes. languēt ꝑfe/
cti. ḡ cogitatiōes lāguide sūt signū amorꝭ ꝑ/
fecti. Siłe oñdit Rich. infra. Quartū si/
gnū intrinsecū amorꝭ ꝑfecti sunt expectatio
nes tediose. Rō hui⁹ signi ē. qꝛ sicut diċ lin/
conieñ. suꝑ. vij. angeł. hierar. Amore tendē/
te in rē amatā nihil veloci⁹. nihil acutius. ni
hil subtili⁹ aut penetrabili⁹. qꝛ sua naṫa nō
q̄escit donec subaliter totā penetrauerit ꝓ/
funditatē. ꝛ ptrāsierit amabilis totalitatem
q̄ntū pōt. Et idē. qū cursus isti⁹ amorꝭ ipen
diṫ vel retardaṫ q̄litercūq̄ꝫ tota mēs turba
tur ꝛ expectatōe attediaṫ. Qꝛ sic diċ Rich.
lib. iiij. de ꝯtem. c. xxi. Amāti omis mora ni/
mis lōga videṫ. expectatio onerosa. clamat
cū sancto Job. Tedet aīam meā vite mee.
Qđ exponēs Grego. ix moral. diċ sic. Pñs
vita vilescere. i. tedere icipit dū diuin⁹ amor
dulcescere cepit. i. ꝑfici. Vñ amās ꝑfecte cū
tedio q̄dā fastidit oīe qđ cursum amorꝭ im
pedit. Iō Gilbert⁹ porretan⁹ ṡ. xj. dicit sic.
Sicut amor terrenaꝝ occupatōnū ipatiēs.

est. suis satis habet inseruire negocijs. ocio gaudet. quiete souet. ad internã dilectiõem libera tpa habere volẽs. Sequit. O q̃ƺ durũ est amãti animũ dimidiare cũ xpo ⁊ mũdo. Et q̃ƺ duꝝ est in dilectiõis iura pegrinas admittere curas. ⁊ celeste secretũ secularibꝰ infestari turbis. Sequit. Amor nihil magis vult q̃ƺ amare. Hec ille. Et sic patet quartum signũ charitatꝭ pfecte. Quintũ signũ intrinsecũ pfecte charitatis sunt affectiões extatice. Extasis aũt est excessus mentis ait Papias. Rõ huiꝰ signi est. qꝛ sicut dicit Dionysiꝰ. c. iiij. de diuis no. Amor in deũ tendẽs est faciẽs extasim spũs. Et reddit rõem ibidẽ dicẽs. Quia amor nõ pmittit amatores esse suipsoꝝ p mẽtꝭ sobrietatẽ. ƺ eoꝝ q̃ amãtur p mẽtis excessum. sed illi q̃ sui non sunt alioꝝ extra se sunt. Quia sicut dicit Berñ. libro de pcep. ⁊ dispen. paꝝ añ finẽ. Nõ est pꝛsentior nr̃ spiritꝰ vbi aĩat q̃ƺ vbi amat. Qd tamẽ intelligẽdũ est quantũ ad conatũ affectionis. Hũc aũt excessum nõ potest facere nisi charitas pfecta q̃ p fortẽ inclinationem causat tendẽtiã vehemẽtẽ ĩ rem amatã. Qd ostẽdit Dyonisi. ibidẽ p exemplũ dicens sic. Vñ beatꝰ Paulꝰ in amore dei magnifice excellẽs dicit Gal. ij. Viuo ego. iã nõ ego. viuit aũt in me xps. Sequit. Hoc aũt dicẽ verus amator. ⁊ extasim passus viuẽs deo ⁊ nõ sibi. Hec exponẽs vercellen. in plo. sup Cãtic. dicit sic. Viuo ego vita naturali. iam nõ ego p imitationẽ excessiuã ad eternitatis immensitatẽ q̃si absorpta ⁊ suo officio suspẽsa dirigor moueor doceor ⁊ regor vita supersubstãtiali cui vnior. qua repleor. viuit autẽ in me christꝰ. id est. sic anima sobria me regit naturaliter ⁊ disponit ad omnẽ actũ interiorem. sic virtꝰ xpi cui vnior gratuite me viuificat ⁊ ad oĩa disponit. Sequit. Hec dixit sicut verꝰ amator. Verꝰ amator est qui ĩ solũ ⁊ summe ⁊ ꝓe diligibile ⁊ desiderabile ĩmediate. ⁊ ꝓpter ip̃m supintellectualiter tendit. Hec ille. Et sic patet quintũ signũ charitatis pfecte. Sunt tamẽ plura alia signa caritatis pfecte. sed hec ꝓpter breuitatẽ ad presens sufficiant.

Distinctio q̃nta Articulꝰ pmus.

Quinto videndũ est qualiter charitatiua affectio a sanctꝭ doctoribus distinguat p gradꝰ. Dicit eñ Augusti. sup cañ. Joh. sic. Nunq̃d mox vt nasca charitas. iã prorsus pfecta est. imo vt pficiat nascitur. cũ fuerit nata nutrit. cũ fuerit nutrita roborat. cũ fuerit roborata pficit. ⁊ cũ ad perfectũ venerit dicit. Cupio dissolui ⁊ esse cũ christo. Ex quo patet ꝙ in charitate sunt diuersi gradus. Et qꝛ Augustinꝰ in epl'a ad Macedoniũ dicit sic. Tãto nobis melius quãto magis ad deũ imꝰ quo nihil meliꝰ est Imꝰ autẽ nõ ambulãdo ƺ amãdo. quẽ tanto habebimꝰ pꝛsentiorẽ. q̃nto eundẽ amorẽ quo in eũ tendimꝰ poterimꝰ habere puriorẽ. Hec ille. Et q̃m maior ⁊ minor puritas in gradibꝫ inuenit charitatis. ideo de gradibꝫ eiꝰ videndũ est. quõ ab infimis ascẽdamus ad medios. ⁊ p medios veniamus ad sũmos. qꝛ vt ait Gregoriꝰ mora. xxij. Nemo repẽte fit summꝰ. sed p gradꝰ ad summũ puenitur. Propter qd notandũ est. ꝙ quidã distinguẽdo gradꝰ charitatis siue amoris g̃tuiti incipiũt ab infimo gradu amoris ascẽdẽdo vsq ad gradꝰ amoris violẽti. Et quidam alij docẽt ascẽdere vltra p gradꝰ amoris violẽti vsq ad gradꝰ amoris seraphici.

Primo igit notandũ ꝙ quidã doctor vt Cantuar. sup canti. incipit rõnabiliter ab ĩfimo gradu charitatis siue amoris gratuiti ascẽdendo p sex gradꝰ vsq ad gradus amoris violẽti siue vehemẽtis. dicẽs. Nõ omnis amor inducit languorẽ siue vulnerat. sed vehemẽs amor. q̃ habet sex gradꝰ precedẽtes. quos enumerat ibi dicẽs. Primꝰ amor ĩ gradus intẽporalis siue incõparabilis. ⁊ iste est cõmunis omniũ electoꝝ. Secũdꝰ gradus est incõtaminabilis. ⁊ iste est mũdi contemptoꝝ ⁊ religiosoꝝ. Tertiꝰ gradus est amor infatigabilis. ⁊ iste amor est ingiter pficiẽtiũ ⁊ cõfessoꝝ. Quartꝰ g̃dꝰ est amor insepabilis. ⁊ iste est bonoꝝ cõtemplatiuoꝝ. Quintꝰ gradꝰ est amor insupabilis. ⁊ iste est christi martyꝝ siue victorũ. Sextꝰ g̃dus est amor insatiabilis. ⁊ iste est ingit desiderantiũ. vt solitariorũ. His sex gradibꝫ decursis. sequit amor violentꝰ inducens languorẽ. Primꝰ gradus charitatis siue amoris ⁊ infimꝰ est amor intẽporalis. q̃ est cõmunis oĩbꝫ electis. q̃ est tante ꝟtutis ꝙ omne peccatũ mortale ab aĩa expellit. ⁊ deũ sup omnẽ creaturã diligit. Et hic gradꝰ est necessitatis. vt ostẽdit dñs in euãgelio Mathei. x. vbi dicit. Qui diligit patrẽ ⁊ matrem ⁊c. nõ est me dignꝰ. Ergo sup oĩa diligendus est deꝰ. Unde Ans. monol. c. lxxx. dicit. ꝙ creatura rationalis nihil debet diligere

nisi summā essentiā aut ꝓpter illā. Ratio isti
us est. quia in q̄ est summa diligibilitas. sū/
me debet diligi. hoc aūt est de9. Secūd9
gradus amoꝝ charitatiui est amor incōta/
minabilis. ⁊ hic grad9 est mūdi cōtemptorū
qui tāte est virtutis vt hominē a mundana
cōuersatiōe abstrahat ne mens polluat⁊ ne
charitas ab ope impediat. Unde Johes. i.
cano. sua. c. ij. dicit sic. Si quis diligit mun/
dum. nō est charitas patris in eo. qm̄ omne
qd in mūdo est. aut est cōcupiscentia carnis
aut cōcupiscētia oculoꝝ. aut superbia vite.
Ratio isti9 est. qꝛ ignis amoris vt dicit Lin
conieñ. in angel. hierarchia. sepat etheroge/
nia ⁊ vnit homogenia. sepat eīm oīe incon/
ueniēs ab amato. Terti9 grad9 charitatti
ui amoris est amor infatigabilis. Et iste est
iugiter ꝑficientiū ⁊ xp̄i cōfessorū. q̄ est tante
virtutis vt aīam nō sinat q̄escere donec īue
niat quē diligit. Unde Cañ. iij. dicit. In le/
ctulo meo q̄siui ꝑ noctē ⁊c̄. Surgā circuibo
ꝑ vicos ⁊ plateas querēs quē diligit aīa
mea. Qd exponēs Orige. dicit. Querēdus
es dn̄e cū frequētia laboꝝ. nūc in lectulo lu
mine veritatꝭ. nūc ꝑ noctes. feruore charita
tis. abiecta sup̄stitione naturalis rationis.
Sequit. Sol9 amor te inuenit. quia qui te
amat te habet vt amet. amat vt habeat ⁊ ne
te in eternū ꝑdat. Hec ille. Quart9 grad9
amoris charitatiui est amor insepabilis Et
hic est assidue cōtemplātiū. Et hic gradus
tāte ꝟtutis est vt ↄtinuis stimulis agit3 mē
tem ↄtēplatoris ad cōprehēdendū dilectū.
donec tādē dicat. Inueni quē diligit aīa
mea. Et dicit Ber. Quis te nō teneat domi
ne Jhu q̄ tenentē te spe fortificas. ꝑfectōne
decoras. ꝑseuerātia cōducis. remuneratiōe
ꝑducis. Ego aūt nō dimittā te nisi benedi/
xeris mihi ⁊ nūq̄3 dimittā te. quia nō bn̄di/
cis nisi tenentē te. J. hūc grad. i videt habuis
se apostol9 cū dixit Roma. viij. Quis separa
bit nos a charitate xp̄i ⁊c̄. Quint9 gradus
amoris gratuiti est amor insupabilis. et hic
est xp̄i martyꝝ ⁊ aduersitatib9 nō cedentiu3.
q̄ est tāte fortitudinis. vt in libro de morib9
eccl'ie dicat Aug9. Nihil tā duꝝ atq3 ferreu3
qd nō igne amoris vincat. Et Hieronym9
in quodā s'mone dicit. Nihil amātib9 durū
est. null9 labor difficilis. Sequit. Amem9 ⁊
nos xp̄m ⁊ facile videbit esse omne difficile.
Ratio hui9 est. qꝛ sicut dicit Augustin9 d san
cta viduitate. Nullo mō onerosi sunt amo/
res amantiū. s3 ipi delectāt. sicut venantiu3
aucupantiū ⁊ piscantiū labores. In eo eīm
qd amat aut nō laborat. aut labor amatur.
Amor aūt reddit min9 sensibilē3. ait Augu.
Sextus grad9 amoris gratuiti est amor
insatiabilis. Et hic est iugiter desiderātiu3.
⁊ solitarioꝝ. Hic grad9 tāte fortitudinis est
vt nihil sibi sufficiat p̄ter vnū solū qd amat.
⁊ ad ipm semꝑ ampli9 in hac vita sitit ⁊ desi/
derat. Ratio hui9 est. qꝛ sicut dicit Rich. lib.
de charitate. Charitas ista semꝑ inuenit qd
adhuc ↄcupiscere potest. qꝛ quicq̄d agit desi
deriū ardētis aīe nō satiat. sitit ⁊ bibit. bi/
bendo sitim nō extinguit. s3 quo ampli9 bi/
bit. eo ampli9 sitit. Auida eīm imo ⁊ insatia/
bilis aīe sitis vel esuries nō sedat sed irri/
tatur. Sequit. Quid q̄so amore scelestius.
molesti9. acerbi9. cū sitim suā nec resistendo
tēperare nec inebriando possit extinguere.
Hec ille. Ecce q̄ iste grad9 amoris iā se extē
dit ad violentia3 quandā amātis vt clamet
cū psalmista. Sitiuit aīa mea ad deū fontē
viuū. Unde Cañ. idē dicit. Istis sex gradi/
bus decursis. sequit amor inducēs languo
rem. q̄ est grad9 amoris violēti. Et ideo nūc
de illo dicendū est.

Articulus secūdus.

E gradib9 igit amoris violenti lo/
d quēs Richard9 in tractatu de cha/
ritate dicit sic. Uis magna dilectio/
nis. magna virt9 charitatis. multi grad9 in
ea. ⁊ in illis magna differētia. ⁊ quis eos di/
stinguere vl' saltē dinumerare sufficit. Et di
numeratis aliquib9 gradib9 idē dicit. Su/
pra tn̄ oēs grad9 dilectionis est amor iste
ardens ⁊ feruēs q̄ cor necessitat ⁊ medulli/
tus trāsfigit vt veraciter dicat. Uulnerata
charitate ego sum. Et sequit. Cogitem9 er/
go que sit supeminētia caritatis xp̄i. que di/
lectionē parentū vincit. amorē ꝓlis superat.
affectū carnis trāscendit vel extinguit. insu/
per ⁊ animā suā in odiū vertit. O violentia
dilectōis. O violētia charitatis xp̄i. O excel
lentia ⁊ supeminētia charitatis xp̄i. Hic est
de quo loqui volum9 de vehemētia charita
tis. d supeminētia ꝑfecte enumeratiōis ascē
dendo ad opa violēte charitatis. ⁊ inuenio
q̄ charitas vulnerat. charitas ligat. chari/
tas languidū facit. charitas defectū inducit
Quid hoꝝ nō violentū. qd hoꝝ nō validū.
dyonisiū. et alios doctores bonos. hol a deo donant diuersi habitus supnaturales ad suum finē q̄ est supnaturalis cōprehēdendū vel cōsequēdū. donatur enim intellectui habitus supnaturales ad suū finē cognoscendū. vt fides. et scia diuinorum &c. Donatur etiā volūtati supnaturales habitus ad deū diligēdū. vt charitas siue amor gratuitus &c. Sz habitus charitatis excellit oēs habitus intellectus vt fidē et spem et sciam &c. vt expsse ondit aplus. j. Co xiij. vbi pmo enumerat aliquibus actibus et habit. bus intellectus et volūtatis. maior aūt horum infert est charitas. Et ondit ibidē q̄ nullus habitus vel actus intellectus est meritorius sine habitu volūtatis q̄ est charitas. et q̄ habitus intellectus aliqualiter euacuabuntur pter impfectionē eorum i patria. Habitus aūt volūtatis pter suā pfectionez pmanebūt i patria sz pfectiores eliciūt actus. vt patz. et iō actus dilectiōis hic pferatur actui cognitiōis tāq̄ pfectior. Vñ Matth xxij. dr. q̄ dilectio est pmū et maximū mādatū. Itē actui dilectiōis puenit vnire et trāsformare. vt dic Dyoni. de diui. no. vt visū est sup. hoc aūt nullus attribuit itellectui pprie. Ex his igitur ptz plane q̄ actus dilectiōis excellit et pcedit actū cognitiōis itellectualis in aliq̄ gradu Inq̄tū aūt eū excellit intm̄ eū excedit attingēdo deū in aliq̄ gradu dilectiōis. ad quem actus intellectualis extēdi nō pōt. q2 supintellectualis est saltē in hac vita. q2 in pria videbimus deū sic est. vt dr. j. Jo. iij. Nec obstat qd dic Aug. Incognita neq̄q̄ pñt amari. q2 ē noticia aliq̄ nō intellectualis. sz affectualis seu expimētalis. vt statim patebit. Cū pdictis cōcordat Hugo cōmētator Dyonisij sup. vij. angel. hierar. dicēs sic. Intelligas quāta est vis veri amoris et dilectiōis. si tñ intelligi pōt qm̄ dilectio supeminet scie. et maior est itelligētia. plus eñ diligitur q̄ intelligitur. Intrat dilectio et appropinq̄t. vbi scia foris stat. Et reddit rōnē. Quia amor inq̄t psumēs et pfidēs amato. suo acumine penetrat oia. impetū sequēs ardētis desiderij sui. nec dissimilari valens donec ad amatū pueniat. et eo ipso āplius adhuc sitiēs itrare ipm. et esse cū ipo. et esse tā pe. vt si fieri possit h idē ipm sit qd ipe. Ecce expsse dic q̄ verus amor dei vnit deo imediatius q̄ intellectio. et qd intellectus nō capit. Sic ḡ talis noticia affectualis est supior itellectuali. Cū his pcordat p oīa vercellensis. sup Cañ. dicēs q̄ affectus et intellectus simul coambulāt vsq̄ ad nouissimū defectū intellectus. vbi hz sue cognitiōis et sui lumīs cōsumationē. Affectus aūt adhuc ptinet pncipalia in deū suspiria. supintellectuales extēsiōes. et immissiōes. feruidos fulgores. et fulgidos feruores. ad quorum oim sublimes excessus et excedētes sublimitates itelligētia trahi non pōt sz solū pncipalis effectus deo vnibilis. et h idē post dic. Tāta est vtus veri amoris et pulcri q̄ nō solū facit hoies et angelos excedere ppriā naturā vt in deū ascēdāt. sz etiam deū q̄si naturā ppriā egredi vt ad creaturas q̄si infra naturā suā pcedēdo pdescēdat. Et h vt dic Dyoni. iiij. de diui. no. audendū est dicere p vitate. cū tñ sit iegressibilis a se. licz ipe suā immēsitatē nre capacitati cōtempet eo imutato. Hec reuelatio supintellectualis eternorum fuit facta moysi in interioribus deserti pstituto. querēti a dño qd sibi nomen esset. Respōdit dñs in subiecta creatura dicens. Ego sum q̄ sum. vt dt vercel. ego sum esse in se reflexū. vel entitas. q̄le nomē nō pcipitur nisi ab apice pncipalis affectiōis. q̄ eternitati vnitur q. d. Me nemo potest cognoscere nisi p me ipm. Vñ nomē qd queris est mirabile qd nemo scit nisi q̄ accipit. Apoc. ij. vbi dic Aug. Nisi q̄ accepit p reuelatiōē vel expientiā. vel sicut dic Maymo q̄ ad h pdestinatus est vt experimēto cognoscat. Ex q̄ patz q̄ reuelatio hec nō fit nisi mētibus seraphicis in interioribus deserti existētibus. i. in caligine occulti silentij in q̄ reuelate et ve apparet deus supintellectualiter. vt dicit Lincoñ.

### Distinctio sexta

Sexto cū reuelatio eternorum ista sit supintellectualis. et iō cogitari nec dici possit. vt supra patuit. Jō oportz videre q̄liter sit attingēda et obtinēda. Circa qd notandū est q̄ Dyoni. in li. de mystica theologia volēs thimoteo ondere accessuz ad istā reuelatiōē supintellectualē eternorū. docet eū derelinq̄re oēs reuelatōes sensibiles. et omes reuelatōes itellectuales tā naturales q̄ supnaturales. et oīa sensibilia et itelligibilia. donec ingrediatur caliginē occulti silētij. in qua reuelate et ve apparet dñs supintellectualiter. Ubi Dyonisius c. j. dicit sic fm trāslationē abbatis. Tu aūt amice thimotee ad hoc q̄ capax fias mysticarum ptēplationum siue reuelationū incorpari sic radio diuino. derelinque sensus. et sensibilia exercicia et intellectuales opatōnes et omia intelligibilia et forti conatu hic cōprime &c. et si est tibi pos/

sibile cōsurge ignote ⁊ sup intellectualiť ad
vnionē dei. que est sup omnē cognitionem.
Istud verbū cōsurge ignote. exponit linco/
niēn. cōmentator dicit sic. Surge ⁊ restitue
te incognite vt possibile est ad vnionē dei. i.
eius q̄ sup omnē cognitionē est. que quidem
restitutio vł resurrectio fit p ipsi⁹ soli⁹ forte
desideriū ⁊ amorē sup feruidū. que nulla ra/
tionatiua inuestigatione potest esse cognita.
Et infra dič. Cessans eīn in ista caligine ab
opatione cognitiōis. s; estuās desideriū so/
lius dei pfecte ab ipō incogniti. ipi soli vniť
⁊ cognoscēs videt in ista caligine sup intelle
ctum. q̄ ad h̄ cognoscendū nō posset intelle
ctus human⁹ ⁊ inocular⁹ attingere. nō q̄ in
tellect⁹ dicať inocular⁹ a puatione potentie
visiue. s; a puatione oīms act⁹ visiui dū ocu/
atur in illa caligine. Sequiť. Et hi sūt gra/
dus ascēsionis in spūalē caliginē signati per
ea que sunt hystorice facta Moysi. Et is ē
mod⁹ habēdi se in caligine illa donec diui/
nus radi⁹ vere incircūuelate appareat. ⁊ se re
uelet dicto modo. Hec lincoñ. Grad⁹ igiť
ascēsionis isti⁹ sunt. pmo derelinquere om/
nia sensibilia. secūdo oīa intelligibilia. ter
tio ingredi caliginē vbi apparet de⁹. Cū his
concordat q̄si p oīa vercel. cōmētator in cō/
mento suo sup mysticā theologiā. ca. j. vbi p
eandē historiā moysi ondit grad⁹ ascēdendi
caliginē mysticā. in q̄ se de⁹ incircūuelate re
uelat. Vñ dič ibi. q̄ moyses Exod. xxiiij. p/
mo missus est se purgare a multitudine sen
sibiliū. ⁊ deinde ⁊ a nō puris separi. ⁊ p⁹ om/
nē mundationē audit sonū buccine ⁊ toni/
trua videt ⁊ fulgura micātia ⁊ radios multos
emittētia. ⁊ post sepatus a multitudine po/
pulari cū aaron ⁊ nadab ⁊ abiu ⁊ septuagin
ta senioribꝫ in israel tāq̄ rōnabilibꝫ ascēdit.
⁊ tūc fuerūt sibi reuelata intelligibilia. s. eter
ne architipie siue rōnes exēplares oīm crea
turaꝝ q̄ in deo sunt. quaꝝ intellectuali inspe/
ctione deū cognoscim⁹ quibꝫ nihil diuinius
oculis itellectualibꝫ inuenimur. Hec ille. Ter
tio dič. s; adhuc restat pncipalior dei cogni
tio. q̄ figurať in eo q̄ moyses post pdicta se/
parať ab his q̄ pdicta secū viderāt. ⁊ subtra
hiť illis visis. ⁊ intrat in caliginē ignorantie.
vt patet Exo. xxxiiij. ⁊ vniť incōprehēsibilita
ti diuine quā nō penetrat intelligētia. q̄ om
niū clarissima ⁊ in se claudit ⁊ celat secretissi
me oīnes cognitiōes cōprehēsiuas. Exēplū
hui⁹ plane videť in luce stellari quō abscon
ditur in luce solari in meridie. Sequiť. Et
oīs vni⁹ deo p eā qui est sup oīa cōsticui
tur. in excellētia quā nec rō inuestigat. neq; i
tellect⁹ speculať. ⁊ quasi ab oībꝫ talis qua
si a seipō segregať. ⁊ p vnitionē dilectionis q̄
est effectiua pre cognitōnis vniť deo intelle/
ctualiť cū ignoto. ⁊ cū cognitiōe multo me/
liori q̄ sit cognitio in eo q̄ intellectualis est
In eo q̄ cognitionē intellectualē derelinq̄t
sup intellectū ⁊ mentē deū cognoscit. Hec
ille. Ex pdictis patere pt q̄ reuelatio sup
intellectual' nō fit p intelligibilē cognitiōem
sed p ardentissimā imo sup feruidā dilectio
nis experimentalē noticiā. Ex his etiā appareꝫ
sicut dič lincoñ. q̄ hec reuelatio q̄ fit incircū
uelate ⁊ pe absq; symbolis ⁊ imaginibꝫ. fm
sui nudam apparitionē solū fit his q̄ trāscen
dunt immūda oīa. i. terrena oīa. q̄ amore cō
tracta maculāt amantē mentē ⁊ etiā pura q̄
nō maculāt mentē cōtingentē ⁊ q̄ ascendunt
sup ascēsionē omniū sanctaꝝ extremitatum
h̄ est. ascēdunt sup oēs act⁹ oīms virtutis ap
prehēsiue agētis q̄tū possibile est intense. ⁊
derelinquūt oīa diuia lumīa illustrantia.
⁊ introeūt in caliginē h̄ est actualē ignorāti
am oīm. Ubi pe est vt eloquia aiūt q̄ est sup
oīa. solū eīn ibi inueniť ⁊ teneť. Qual' ibi
inueniť nō est effabilis. Hec ille. Cui talť re/
uelatio facta fuerit dicat illud Mathei. xj.
Cōfiteor tibi pť dñe ⁊c.

Distinctio septima

S Eptimo videndū est qualiter spūs
human⁹ ad veniendū p iter occulte
reuelatiōis ad intrinsecū secretū dñi
ab ipō inuitať Cañ. ij. dicēte. Surge ppera
amica mea. formosa mea ⁊ veni. ⁊ hui⁹ inui
tatiōis subiūgit allectiuū dicēs. Quia iam
ambulātibꝫ reuelata est pitas. q̄ iā vox tur/
turis audita est i terra nr̄a. i. vox paterni p/
bi reuelātis omnē veritatē in terra hūanita
tis nostre Dič g̅. O amica mea, ppter secre
toꝝ reuelatiōem. Joh. xv. Vos dixi amicos
q̄ oīa q̄ audiui a patre nota feci vobis. no
ticia experimētali. dič Grego. i omel. Sur
ge ad reuelationū pfectionē a sensibili ad in
tellectuale. ab intelligibili ad sup intellectua
le. ⁊ fm ps. Disposuit ascēsiones i corde suo
in valle lachrymaꝝ. O colūba mea, ppter
reuelationū exercitatōꝫ. Cañ. ij. Oculi cui si
cut colūbaꝝ sup riuos aquaꝝ. id ē. vt dič p/
cell. innitētes aq̄s sapie. que deriuanť a fon
te sapie. in q̄bꝫ mētes colubine tāq̄ in puro

speculo cōtēplanť reuelatiōes mētē simplifi/
cantes ꝛ purificātes. Propera, ꝓpť reuela
tionū plenissimā effusionē. Vñ colūbe q̄ re
sident in mētis suspēdio ꝯtēplatiua iuxta flucta
plenissima. ꝛ p quā vt dicit vercell. ꝗtū mor
talib9 ꝯceditur ad plenissimas sapiē essentialis
copias acceditur. quarꝫ plenitudo nulla effusi
one diminuiť. Hec vercell. O formosa mea
ꝓpter reuelationū radiosam illūīatōꝫ. Vñ
Isa. lviij. Implebit dñs splēdorib9 aīam tu
am. ꝛ eris q̄si ort9 irrigu9 cui9 nō deficiūt aq̄
Exēplū de moyse cui9 facies ex ꝯsortio dñi
splēdida facta est. vt videri nō posset oculis
corꝑalib9. Ueni, ꝓpter diuinarꝫ reuelationū
certā directiōꝫ. ps. Specie tua ꝛ pulcritudi
ne tua ꝛc. q2 vox iā turturis audita est ī terra
nostra. gemitu amoroso cantās. Ego sum
via veritas ꝛ vita. Joh. xiiij. Ego sum via p
quā tutissime ibis. ego sum ꝟitas ad quam
certissime ibis. q2 iā finis enigmatis est. Ego
sum vita in q̄ eternaliť ꝑmanes. Qui eñ in
uenerit me inueniet vitā. Prouer. viij. ꝗ veni
q2 mens q̄si auis turturea īuenit sibi niduꝫ
ꝯtinue mā̄sionis ab eterno turture ꝑparatuꝫ.
vbi reponat pullos suos. i. oēs castos et
amorosos ꝯcept9 caste mētis. ꝛ casto ꝛ amo
roso turture. i. ꝟbo paterno auditos ꝯcept9
ꝛ gemit9. Vñ glo. dič. Turtur est xp̄s ama/
tor castitatis. cui9 vox audita est ī terra nr̄a. i.
in humanitate. in q̄ verbū paternū denūci/
at nobis amenissimū aduenisse tp̄s veris ꝛ tē
pus gr̄e in q̄ nobis reuelabit oīa que audi/
uit a pr̄e. Joh. xv. dū sicut dič Grego. Affe/
ctus nr̄i imp̄muntur diuino amori cui nihil oc
cultatur. Vñ vercell. exponit illud ꝟbū dicēs
sic. Turtur est soliuag9. ꝛ signat mētis ꝟtutē
vnitiuā ꝛ supintellectualē. q̄ nidificat ī ame/
nissimis locis virētib9 ꝛ assiduis ꝯtēplatiuis
mētib9. ꝛ pullos vt turtur fouet nocte ī sup/
lucēti caligine occulti silētij Amē.

# Sextū iter eterni/

tatis p qd̄ spūs nr̄ venit ad intri
secū secretū ꝛ eternale maneriuꝫ
dñi ihū est eternorꝫ expimentalis
ꝑgustatio ꝛ noticia. Nisi eñ esset in nob eter
norꝫ quedā spūalis ꝑgustatio. nō diceret. ps
Gustate ꝛ videte qm̄ suauis est dñs ꝛc. Ad
maiorē hui9 itineris noticiā septē p ordinem
sunt notāda. Primo igiť vidēdū est quid
hec expientia dicatur. ꝛ q̄re ꝑcedētia itinera se/
quatur. Secūdo q̄rꝫ potētiarꝫ ista expimē/
talis noticia dicatur Tertio q̄liť spūales sens9
potētiarꝫ ab expimētali noticia īpediātur q̄r/
to q̄liť iteriores sens9 spūales repātur ł refor
mantur. Quinto qualiť p gustū interiorē
spūalē eterna ꝑgustantur. Sexto qualiť q̄/
liber sensus interior spūalis eterna experiatur
Septimo qualiť spūs noster ad venien
dū p iter expientie ad intrinsecū dñi inuitatur

Distinctio prima

P Rimo igiť vidēdū est q̄d h̄ expientia
dicatur. ꝛ qualiť alia itinera sequatur.
De q̄ notandū est. q2 sič dicit papias
q2 expiētia idē est qd̄ noticia. Vñ expientia
videtur esse obiecti cuiuslibꝫ potētie ꝑitualis
act9 ꝛ noticia. Act9 eñ vitales attingunt sua
obiecta actiue vł passiue vł vtroqꝫ mō. ꝓm
quosdā. alias potētia nō fieret in actu. Vñ
si oēs hoīes dicūt mihi h̄ esse dulce p hoc
nō habeo noticiā expimentalē de illo. etiam
quātūcūqꝫ ꝓbēt p vōces. sꝫ opinionē vel fidē
vel sciam possem h̄re. Sꝫ si gust9 me9 attigit
gustabile. vł attingitur ab illo. tūc habeo noti/
ciā expimentalē illi9. Siľr est de gustu inte
riori ꝛ aliqs sensib9 spūalib9. Vñ si ego lego
vel audio ab aliq̄ q2 dulcis sit dñs ꝓpter hoc
nō habeo noticiā expimentalē de h̄. nisi gu/
stus spūalis attingatur a dulcedine diuīa. vt
dicat cū spōsa. Fructus ei9 est dulcis gutturi
meo. Can. ij. vbi loquitur d̄ gustu spūali. vt pa
tet in glo. Et ista noticia expimētalis ꝑfectissi
morꝫ est. Vñ dicit Bern. sup Can. Quicq̄d
de tuis occultis scim9 o dñe Jhū aut scriptu
ra docēte. aut te reuelāte. aut certe qd̄ ꝑfectis
simorꝫ est gustādo didicim9. i. expiētia. Et h̄
patere pōt scdm̄ s. q2 istud iter expimentalis
noticie eternorꝫ rōnabiliter sequitur itinera ꝑ
cedentia. Quid ꝓdest nāqꝫ multa cognosce/
re ꝛ intelligere nec illa expiri. nec ad aliqueꝫ
vsum illa habere. ꝗ expientie noticia q̄nqꝫ ē
necessaria. Unde Hugo cōmentator super
vij. angelice hierarchie. dicit sic. Nō facit ꝑfe
ctum cognitio ꝟtutis nisi ꝛ habit9 virtutis ꝛ
experientia subsequatur. Magistra eñ intelli/
gēdi est expientia. ꝛ illa optime iudiciū veri/
tatē cognouit. qui eā nō audiēdo solū sꝫ gu/
stando ꝛ faciēdo didicit. Sequitur. In experi
entia nāqꝫ ꝛ habitu virtutis cognitio ꝑficitur
veritatis. quia in sola intelligēdi illuminati
one inchoatur. Hec ille. Ad hanc expientiam
hortatur Petr9 prima cano. c. ij. dicēs. Si eñ
gustastis q̄ꝫ dulcis est dñs. rationabiliť ita/
qꝫ iter experimētalis noticie eternorꝫ sequitur

ꝓcedentia itinera tāq̄ȝ illa ꝑficiēs.

Distinctio secūda

s Ecundo vidēdū est quaꝝ potētiarū ⁊ quoꝝ sensuū expimentalis noticia esse dicat᷑ Circa qḋ notandū est ꝙ in libro de spū ⁊ aīa dr̄ sic. Duo quidē ī homine sunt sensus. vn⁹ interior ⁊ alius exterior. ⁊ vterqȝ bonū suū habet in quo ꝑficitur. Sensus exterior reficit᷑ in cōtemplatōe humanitatꝫ. sens⁹ iterior ī ꝯtēplatiōe diuinitatis. Propterea eñ de⁹ fact⁹ est homo vt totū hominē beatificaret. ⁊ tota cōuersio hominis esset ad ip̄m. ⁊ tota dilectio esset ī illo cū a sensu carnis videt᷑ ꝑ carnē. ⁊ a sensu mētis ꝑ diuinitatꝫ cōtemplationē. Sequitur. Hoc erat totū bonū hoīs vt siue ingrederetur siue egrederet᷑ pascua in suo factore inueniret. Et īfra dicit. Cū homo ꝯster ex carne ⁊ aīa. ⁊ in carne sint q̄nqȝ sensus. s. visus audit⁹. olfact⁹. gust⁹. ⁊ tactus. quos tamē nō mouet absqȝ aīme societate. ita aīa similit᷑ habet q̄nqȝ sensus suo modo. q2 spūales res nō corꝑalibꝫ sensibꝫ sȝ spūalibꝫ rimāde sunt. Et sequit᷑. Vñ diuina vox in Deutero. ait. Videte ꝙ ego sum de⁹. Ecce spūalis visus. Et in Apoc̄. Qui habet aures audiat q̄d dicat spūs ecclijs. Ecce spūalis audit⁹. Et in p̄s. Gustate ⁊ videte qm̄ suauis est domin⁹. Ecce spūalis gust⁹ Et apl's. Bon⁹ odor xp̄i sum⁹. Ecce spūalis olfact⁹. Et ī euāgelio Fide mulierē se tetigisse magis q̄ȝ corꝑe ostēdit. dicēs. Quis me tetigit. Ecce spūalis tactus Et sequit᷑. Sic mō cū oīmi cautela seruādū est q̄d ad corꝑis sensus. ⁊ q̄d ad aīe dignitatem ꝑtineat. Hec ille. Ex his plane p3 ꝙ sicut experiētia corꝑaliū fit sensibꝫ corꝑalibꝫ. ita exꝑientia spūaliū fit in mēte spūalibꝫ sensibꝫ.

Distinctio tertia

t Ertio videndū est qualit᷑ sensus nostri interiores spūales ab ill' a experimētali noticia impediūt᷑. De quo notandū ꝙ sensus spūales dupliciter impediunt᷑ ab expimētali noticia. Vnū impedimentū est ex natura corrupta. aliḋ est ex nostra negligētia. De p̄mo impedimēto bernard⁹ ī smōe. lxvj. sup Cañ. dicit sic. Saporem interiorē ꝑdidim⁹ ab ip̄o pene exordio generis nr̄i. Vñ ex quo cordis palatū sensu carnis p̄ualente infecit vir⁹ serpentis antiq̄ cepit nō sapere bonū. ac sapor noxi⁹ subintrat ⁊ insipiētia mulierꝫ. i. sensualitatꝫ saporē boni excludit. q2 serpētis malicia ⁊ astucia mulieris insipiētiā circūuenit. Hec ille. Iste morsus serpētin⁹ fecit sensus interiores languescere ⁊ tabescere. Ex tūc eñ visus iterior spiritual' tenebrescit. audit⁹ surdescit. olfact⁹ tabescit. gustus amarescit. ⁊ tact⁹ crassescit. vt clamet ꝓpheta. Oculos habēt ⁊ nō videbūt aures habēt ⁊ nō audiēt ⁊c̄. Tales manent in tenebris exterioribꝫ carnis. De īpedimento secūdo dicit᷑ in libro ḋ spū ⁊ aīa sic. Hoc bonū magnū qḋ habuit ex duplici sensu. s. interiori ⁊ exteriori bene ordinato malū magnū secutū est. quoniā ꝑdito bono qḋ intus erat egressa est aīa ad bona aliena q̄ foris erāt. ⁊ pactū fecit cū delectatiōibꝫ seculi. requiescēs in illis. nō attendēs homo boni sui inter⁹ absentiam. eo ꝙ cōsolatiōes suas cerneret in bonis alienis. Nā cum exterioꝝ sensus carnalis bono suo foris vtit᷑. interior sensus q̄si obdormit. Non enim cognoscit bona interioris sensus q̄ iocūditate bonoꝝ exterioꝝ capit᷑. De hoc vide hic ꝑrimo mēbro plen⁹. qualiter vtrūqȝ impedimētū tollitur. s. experimentalis noticie. Itē in tertio itinere aliqua inuenies de eodē.

Distinctio quarta

q Varto videndū est qualiter sensus interiores spūales reformant᷑ vel reparant᷑. Circa qḋ sciendū est ꝙ cōtra primū impedimētū. s. corruptōꝫ nature necesse est vt a Ih̄u sensus nostri aperiātur anteq̄ȝ eterna experiant᷑. Vñ Bern̄. libro ḋ amore. c. xix. dicit. Dn̄s post suā resurrectōꝫ loquēs discipulis. ait euāgelista Luc̄. xxiiij aperuit eis sensum vt intelligerēt scrpturas. Cum eñ inq̄t Bern̄. scripturaꝝ interiorē3 sensum ⁊ virtutē miraculoꝝ ⁊ sacramētoru3 dei cepim⁹ nō solū intelligere sed etiā quadā vt ita dicā exꝑientie manu palpare ⁊ tractare. quod nō fit nisi quodā ꝯscientie sensu ⁊ experiētie disciplina. intelligētis ⁊ scientis bonitatē dei ⁊ virtutē q̄ȝ potēti bonitate. cū efficaci virtute in filijs gratie op⁹ ipsi⁹ gratie operat᷑. tūc demū sapiētia qḋ suū est exequit᷑ tūc quos dignos iudicat. vnctiōe sua docet de oīmibꝫ. tūc apposito bonitatis sigillo. omnia pectora nostra vnctiōe illa ⁊ emollit ⁊ īp̄mit ⁊ ꝯformat. Et si q̄ dura. si q̄ rigida inuenit. īculcat ⁊ infrigit. donec leticia dei salutaris accepta ⁊ sapie spū p̄ncipali ꝯfirmata. aīa leta ⁊ secrā decātet ad deū. Signatū ē super nos lumē vult⁹ tui domine. dedisti leticiam in corde meo. ⁊ vidē sup Cañ. sermone

xxxvj. Sapiētia assidue vincit maliciā id ē cōcupiscentiā in mētibȝ ad quas intrauerit. saporē mali quē illa inuenit sapore meliore exterminās. Intrās eīm sapiētia duz sensus carnis infirmat. intellectū purificat. cordis palatū sanat ꝛ repat. sanato palato iaȝ sapit bonū. Sapit ꝛ ipa sapiētia qua in bonis nihil est meliꝰ. Hec ille. Cōtra impedimētum secundū. scȝ nostrā negligentiā. necesse ē vt sensus exteriores sopiant. ꝛ a sua vagatione restringant. quia tunc interiores excitant ꝛ exercitant. Unde tertio moral. Grego. dic. sic. Si exterior euagatio sensus claudit. interior sensus aperitur. Cuiꝰ rationē reddit Hugo de archa noe. vbi dicit. Mentes q̄s cure carnales exagitāt nō ꝯprehendūt sapientiam sapiētiā. sed qui minorat actu ipse inuenit eā. quia dū animꝰ ab exterioribȝ ad interiora abstrahit. ad seipm colligit. ꝛ robustior ad cōtemplāda celestia eleuat. ꝛ cū a delectatione exteriori abstrahit. necesse est vt aliquid spūalis gaudij ꝑgustare incipiat. ne si omnino a delectatiōe māserit alienꝰ q̄si semē aridū sine humore ad gramē sapiē nō ꝯualescat. Sequit. Fit ḡ diuina grā inspirāte. vt mēs sic abstracta. ꝛ terrenis desiderijs exuta statim q̄dā insolita leticia ꝑfundat vt amplꝰ amaꝛ esse agnoscat qd̄ deseruit q̄ magis dulce sentit qd̄ inuenit. Sequit. Illas mētes interne dulcedis desideriū trahit. q̄s nullꝰ ꝯcupiscētie carnal affectꝰ ꝑligauit. Hec ille

Distinctio q̄nta

Quinto vidēdū est qualit̄ ꝑ interiorē gustū spūalē eterna ꝑgustat. Circa qd̄ sciēdū ꝙ nisi gustꝰ spūalis esset in nob̄ dn̄s nō diceret. Qui māducat hunc panē viuet in eternū. Jo. vj. De gustu eternoꝝ spūali dt̄ Ber. li. de amore dei. c. xix. Mēs ē quedā vis aīme q̄ inheremꝰ deo ꝛ fruimur. Fruitio aūt h̄ in sapore q̄dā est diuio. Quare sapia a sapore dr̄. sapor aūt iste in gustu q̄ dā est. Gustū aūt istū nemo p̄t digne exprimere. nec etiā q̄ merent gustare. sȝ p̄t dicere. Gustate ꝛ vi. q̄m su. est do. Hec Ber. Dic etiam Grego. mor. xxvj. Suauitatē eiꝰ nō cognoscit si hāc minime gustauit. Exq̄ ḡ gustū illum nēo p̄t exp̄mere sȝ solū ꝑ expiētiā noscit. ideo oportet viā q̄rere q̄lit̄ spūs nr̄ ad istā gustꝰ experiētiā possit ptingere. De q̄ notādū est ꝙ ihs q̄ est sapia p̄ris sapida. qꝛ in eo est sapor ois suauitat̄ ꝛ delectamēti. Primū exiuit (vt dic̄ Hugo sup. plo. ange. hierar.) ꝑ creaturā mūdi ꝛ manifestauit se i opibȝ suis. ꝛ ceperat videri visibilit̄ inuisibil̄ ꝑ effectū suū visibilē. Et ille exitꝰ sapie causabat i sensibȝ nostris exterioribȝ q̄ndā noticiā eternoꝝ sciētialē. q̄ sm aplum. Inuisibilia dei a creatura mundi ꝑ ea q̄ facta sūt itellecta ꝯspiciūt. sempiterna q̄ȝ virtꝰ eiꝰ ꝛ glia ꝛ diuitias. Et licet illō lumē sapie aliquē causet saporē in sensibȝ. vt pȝ p ps. Delectasti me dn̄e i factura tua ꝛc. tn̄ illa delectatio fit sp ex gustu sapiētiali. oleo grē ꝯdito. nec illa noticia est expimētalis sed discursiua. Scd̄o vt dic̄ Hugo ibidē. exiuit sapia p̄ris incarnata. ꝛ facta ē lumē in testa. vt nos illumiaret ꝛ ad p̄rem reuocaret. Et ille exitꝰ sapie siue manifestatio causabat in sensibȝ nr̄is iterioribȝ q̄ndā noticiā eternoꝝ credibilē. supnaturalē. ꝛ iō notabilior est p̄cedēte qꝛ supnaturalia dona pficiūt naturā vt dic̄ Dyo. Sȝ nec illa noticia ē expimētalis. qꝛ expientia repugnat fidei. vt pȝ ꝑ Gre. Tn̄ ex noticia fidei firma mltiplex noticia ꝛ ꝯsolatio habet. vt pȝ ꝑ Dyo. de di. no. ca. vij. vbi dic̄ sic. Fides diuia est stabil̄ collocatō credētiū. collocās illos i ꝟitate. ꝯfirmās simplicē ꝟitatē itrāsmutabili idētitate i ipis credētibȝ Et credētē in ꝟitate teste scp̄ta Rom. viij. nihil mouebit a leticia q̄ est ꝟm verā fidē. sȝ habebit i ea ꝑmanētiā imobil̄ ꝛ intrāsmutabil̄ idētitat̄. Qui ei ꝟitati vnitus est ex ipa vnione bn̄ nouit q̄ bn̄ sentit. q̄uis mlti corripiāt eū tāq̄ mēt̄ excessū passū Tertio vt dt̄ Hugo. sapia icarnata q̄ se ꝑ inuisibilia manifestat voluit ondere quō ipa aīoꝝ cibus ꝛ refectio ē. Et iō carnē assumptā nob̄ i edaliū ꝯposuit i sacro. vt ꝑ cibū carnis ad gustū inuitaret diuinitat̄. Hec ille Egressa est ḡ sapia p̄ris ꝛ q̄si iā panificata. vt etiam dicat. Ego sū panis vite. ꝛ p̄r dat vob̄ panē d̄ celo verū q̄ de celo descēdit. Jo. vj. Igit ihs in sacramēto ē verꝰ cibȝ ꝛ ꝑe gustabil. vt ꝑ gustū corporis eiꝰ ꝑueniat ad gustū diuinitat̄ eiꝰ. quia ipe est via ꝟm hūanitatē ad eiꝰ diuinitatē. vt sup̄ dictū est. Sūme āt necessariuȝ est ad h̄ vt ad gustū iīme diuinitat̄ ptingat ꝑ corpus eiꝰ i sacro. ꝙ sensus corpal aliq̄ sēsibili signo foueat ꝛ determiet. ꝛ vt itellectꝰ lumīe supnaturali fidei ꝯfortet. ꝛ vt volūtas caritate inflāmet. ꝛ sic ꝑ spūalē māducatiōȝ corpis xp̄i ad gustū abscōdite diuinitat̄ ptingat. Sȝ ecce. h̄ ihs dic̄ Jo. x. Ego sū ostiū. ꝑ me si qs introierit saluabit ꝛ pascua iueniet. Ego sum ostiū sensui corpali ꝑ sig sensibilia mōstratū

Ego sū ostiū intellectui p fidē pfectā reseratū. Ego sū ostiū volūtati p caritatē feruidā aptū.gustatū.z habitatū. Ego inq̄ʒ sū ostiū sensui p sig̃ sensibilia mōstratū i sacro p sensibiles spēs sacramētales panis z vini.q̄ significāt pfectā refectiōʒ. Sig̃ eñ sensibilia aliud faciūt i cognitōʒ venire. Vñ Hu.vbi supra dī. Ne hūana infirmitas ɔtactū carnis i assumptōe abhorreret.iō ɔsueti edulij spēbꝫ carnē velauit.vt sensus foueref dū cōsueta pcipit vt etiā intellect⁹ credēdo z affectus diligēdo determiāte dirigeref ad cibū hūc quē p̄r sanctificauit. Jo.vj.sub spēbꝫ panis z vini q̄ etiā signāt pfectā refectiōʒ esse in h̄ sacro vt ait. Itē ego sū ostiū intellectui p fidē pfectā reseratū. Vñ Chry.i tracta.d̄ symbolo dī. Fides est lumē aīe.ostiū vite.fūdamentū salutꝭ etnē. z Isa.vij. Nisi credideritꝭ nō intelligetꝭ.ḡ p fidē intraf ad v̄itatꝭ cognitionē. Vñ Aug⁹.sup Jo.dic̄. noli itelligere vt credas.ʒ crede vt itelligas. Intelligere e.n̄ est merces fidei. Fides mūdet te vt itelligere repleat te. Hec ille. Intellect⁹ eñ hūanus sine radio fidei circa diuia est q̄si cecus. Vñ ipossibile est q̄ itellect⁹ attingat corpus xp̄i vt existit sub spēbꝫ sacramētalibꝫ nisi lumine supnaturali certissime fidei illumief z dirigaf.alias nō videbit riuulos flumis torrētis butiri z mellis. Job.xx. Qd̄ exponens Gre.xx.moral. Butiꝝ nascif ex carne. z sig̃t xp̄i hūanitatē.mel v̄o descēdit ex aere.et sig̃t xp̄i diuinitatē Ex his duobꝫ descēdūt septē riuuli ɔtēplatōis hūanitatꝭ. z septē diuitatꝭ q̄s solū fideles i tāta plenitudine q̄nq̄ʒ recipiūt vt videāt qd̄ dicere nō valēt. Attigit eī fides inaccessa.ait Ber.sup Cañ.s̄mo .lxix. qz intellect⁹ p fidē illuminat⁹ z ɔfortat⁹ attigit hāc v̄itatē indubitanf q̄ xp̄s v̄e est in sacramēto.z diuitas v̄e est in xp̄o. Itē ego iq̄ʒ v̄e sum ostiū volūtati p caritatē feruidā aptū gustatū z inhabitatū.qz q̄ māducat meā carnē z bibit meum sanguinē.i me manet z ego i eo. Jo.vj. Hec aūt māducatio fit spūaliter. Māducare aūt spūalif ē attigere ad rē h⁹ sacri. Res aūt h⁹ ē duplex. vna ɔtenta z signata. z ē xp̄s iteger q̄ ɔtinef sub spēbus panis z vini. Alia ē res signata z nō ɔtēta.et hec est corp⁹ xp̄i mysticum. Ille ḡ māducat spūalif q̄ xp̄o ɔiūgif p fidē z caritatē. Fides ptinet ad cognitōʒ.caritas ad refectōʒ.ideo etiā vnif corpi xp̄i mystico.i.ecclie Ex ista eī māducatiōe oꝛif attingētia spūalꝭ.alias xp̄o nō icorparemur dū carnē ei⁹ gustā⁹. De ista aūt incorpatiōe Aug⁹.sup Jo.dī. O sacr̄m pietatꝭ.o signū vnitatꝭ.o vinculū caritatꝭ. q̄ vult viuere accedat.credat.icorporef.vt viuificef. Et Hu.sup.vij.ange.hierar. dicit q̄ ista māducatio dī viuifica.qz viuos secū efficit oēs q̄bꝫ se māducādū p̄bet. Dicat ḡ māducās illō Cañ v. Comedi fauum cū melle meo. Fau⁹ sic̄ dic̄ Orig.est cera v̄ginea.cellulis distincta.melle repletꝭ. Quid ḡ est aliō Comedi fauū cū melle meo.nisi māducare corp⁹ v̄ginee carnis dulcissima diuitate repletū.z sic p gustū hūanitatꝭ puenif ad gustū diuitatꝭ.z iō ad p̄libamē eternitatꝭ

Distinctio sexta

Sexto notādū est q̄lif q̄libet sensus iterior spūal̄ etna expiaf. De q̄ sciendū est q̄ Ber.li.de amore dei.c.xv.dī Sic̄ corp⁹ hꝫ suos q̄nq̄ʒ sensus q̄bꝫ aie ɔiūgif vita mediāte.sic aīa hꝫ suos q̄nq̄ʒ sensus q̄bꝫ deo siue etnis ɔiūgif mediāte char.tate Quare ap̄l's dī. Nolite ɔformari huic seclo ʒ reformami in nouitate sensus v̄ri vt pbetis.i.expimēto sciatꝭ q̄ sit volūtas dei bona. bñplacēs z pfectā. Sequif. Per sens⁹ corpis veterascim⁹ z huic seculo ɔformamur. Per sensū v̄o mētꝭ renouamur i agnitiōe dī siue eternoꝝ. Et infra.c.ix.dī. Sic̄ oēs sens⁹ corporales.s.visus audit⁹ odorat⁹ tact⁹. sine sēsu gust⁹ infirmāf z ebetāf i opatiōibus suis sic añ aduētū Ihū mediatorꝭ oēs sensus nostri spūales lāguebāt ɔpt absentiā gust⁹ spūalis vl̄ sapiētial̄.q̄ nec dū fuit incarnata.nec q̄si gustata.a cui⁹ gustu q̄to diuti⁹ abstinet⁹. tāto sensus iteriores magꝭ deficiūt z i̇̄firmātur i actibꝫ suis circa etna. Vñ Gre.xx.moral̄.exponēs illō Job.xviij. Attenuef fame robur ei⁹.z iedia iuadat costas ei⁹.sic dī Exrōnali aīa hꝫ hō vt i ppetuū viuat.z tñ hoīs iniq̄ robur attenuaf fame.qz aīa ei⁹ nulla interni cibi refectōe pascif z iedia iuadit costas ei⁹.q̄ñ spūali refectōe subtracta sensus mētꝭ deficiūt.z tūc cogitatōes suas nec r̄gere nec tueri p̄nt.qz fames iterna sensus mētꝭ extenuat.z iō se forꝭ extēdūt ad tpalia sp̄retꝭ eternis q̄ eis nō sapiūt. Adueniēte aūt gustu sapiē ait Ber.vbi s̄.c.xix.tūc seq̄f q̄dā dulcedo saporꝭ.quā i interiori suo sentiēs aīa mō q̄dā singl̄ari q̄ suscipit cūcta discernit z diiudicat.seq̄ʒ z omēs sensus vegetat z ɔfirmat. Nā h̄ panis spūal̄ est d̄ q̄ dī Sap̄.xvj. Paratū panē dedisti eis de celo sine labore omne

delectamentū in se habentē. τ oīs saporꝭ suauitatē. Et ideo iste panis sapiētialis nobis in sacramēto charitatꝭ exhibitꝰ. maxie attingentie est. Attingit em̄ omnes sensus interiores intim̄ vt in omībꝫ māducātibꝫ cū maneat τ ipi in eo. vt nō moriant̄ in eternū. sed in eternitate viuāt τ maneāt. Joh. vj. Diuinissima igit̄ eucharistia ī se habēs delectamentū omnē sensū interiorē attingēs. sensum visus spūalis excitat ad expiendū eternoꝝ cōtemplatioē. sensū auditꝰ spūalis excitat ad expiendū eternoꝝ affectioē. sensū tactꝰ spūal' excitat ad expiendū eternoꝝ tētionē. sensuꝫ gustꝰ spūalis excitat ad expiendū eternoꝝ p̄libationē. Nisi istis sensibꝫ interioribꝫ et̄na aliqualiter ī hac vita expirent̄. Greg. moral. v. nō diceret. Sic eternitas p inhiantē mētem sine spē cernit̄. sine sono audit̄. sine motu suscipit̄. sine loco retinet̄. sine corpe tāgit̄. τ cū mens fantasmata imaginationū corporalium abijcit. iā aliqualit' eternā diuinitatem ꝯspicit. quā si nec dū q̄d sit apprehēdit. agnouit tū certe q̄d nō sit. Videamꝰ ḡ de singulis sensibꝫ interioribꝫ. Primo igit̄ Jhs panis vite ī sacramēto māducat̄ cū vere ī se habeat delectamentū oīs suauitatis oīm sensuū spūaliū. Et cū ipe sit candoꝛ lucꝭ eterne τ speculū sine macula. Sap. vij. Attigēs sensum visus interioris hoīs iā aliqualiter exercitatū. ipm excitat ad eternoꝝ recipiendā ꝯtemplatioē vel inspectioēm. Vñ Grego. xxiiij. moral. expōnēs illud Job. videbit faciē eius in iubilo dicit sic. Plerūqꝫ ꝯtemplatione q̄dā retributiōis eterne. etiā prius q̄ꝫ spolient̄ carne hilarescūt. dū in iubilo facieꝫ dei ꝯspiciūt. qd̄ fit cū aliquis spūalē oculū in radio eterni solis figit. ibi lumē viuēs videt. quia iā omi mutabilitatis vicissitudine atqꝫ obumbratiōe calcata veritati eternitatis inheret. eiqꝫ inherēdo quē cernit ad similitudinē incōmutabilitatꝭ assurgit. atqꝫ ī semetipam auctoꝛis sui incōuersibilē speciem dū recipit assumit. Que em̄ ad mutabilitatē p seipām lapsa est. ad imutabilitatis statum immobilē vidēdo format̄. Hec Gregorius. Huiꝰ sensus expientiā habuit q̄ dixit. Dilectus meꝰ candidꝰ τ rubicūdꝰ τc̄. Cañ. v. Experimētalit' loquebat̄ ait vercell'. Secundo Jhs panis sacramētal' cū sit v̄bū patris verbū aūt est noticia declaratiua cū amore vt ait Augꝰ. li. ix. de tri. attingēs aures spūales in sacramēto excitat eas ad expiendū allocutionē de eternis. q2 quantū in se est semper notificat eterna. τ illumiabit oēm hominē. Aīma aūt nisi hr̄et aures spūales abiles ad audiendū eterna ihs nō dixisset. Qui hꝫ aures audiēdi audiat. Math. xiij. τ Lu. viij. Dñs aūt (vt dic̄ Greg'. sup Ezech. omel'. ij) nō querit aures corpis sꝫ mētis. Et Apoc. ij. dicit idē. Qui habet aures τc̄. vbi dt̄ Rich. Ille hꝫ aures audiēdi q̄ hꝫ sensum itelligēdi τ affectū diligēdi ea que ꝓmittunt̄. τ ideꝫ dicit Haymo. Auris carnis tm̄ ad audiendū ꝯsistit. auris v̄o coꝛdis auditu simul τ intellectu viget. Has aures v̄bū patris multipliciter alloquit̄. vt supra dictū est in itinere meditatiōis. Et Augꝰ. sup Gen̄. ad literā dicit. Sapiētia filiꝰ dei nō cessat loq occulta inspiratōe ad intellectualē creaturā. Sꝫ Grego. xiij. moral'. dic̄. Vñ exterioꝛ auditus aperit̄. inde interioꝛ obsurdescit. Huiꝰ allocutiōis expientiā habuit q̄ dixit. Vox dilecti mei. vbi dic̄ glo. Gaudeo ꝯsolatoriā eius vocē audiēs. dū eiꝰ faciē nōdū video. tū sublenato ad celū aīo aliquā suauitateꝫ ꝑgusto sure beatitudīs. τ h̄ in p̄nti seculo. Hec glo.

Tertio ihs panis sacramētalis. Cuꝫ sic dicit Dyonisius ange. hierar. existit fontana copia susceptionū diuinaꝝ suauitatū refundens de sua plenitudine diuinissimas fragrātias. iō olfactū interiorē spūalē excitat et aperit ad expiēdū eternoꝝ odorē. vt Johēs euāgelista tāqꝫ expertus diceret. Odoꝛ tuꝰ domine excitauit in nobꝭ cōcupiscētias et̄nas.

Sꝫ hic nota q̄d sit olfactꝰ spūalis in aīa. τ in angelis. De h̄ dic̄ Lincoñ. cōmētatoꝛ sup angel'. hierar. sic. De olfactiua v̄tute discretiua odoꝝ q̄ intꝰ suscipiēdo agit dic̄ Dyon. signare susceptiuū bn̄ redolētꝭ. h̄ est bn̄ cōtēplantis gr̄e diuie. Et. iiij. eccle. hierarch. dic̄ Dyoni. sic. Si sensibiliū aromatū susceptio moderata viꝫ olfactiuā nostrā sanā delectabiliter refouet piter τ intellectualē sensū nostrū spūalis suauitatꝭ discretiuū ab appetitu inordinato purgatuꝫ. susceptio diuini boni odoꝛis sancta delectatiōe nos replebit. Huius odoris expiētiā habuit q̄ dixit. In odorem vngentoꝝ tuoꝝ currimꝰ post te. vbi dic̄ Bern̄. sic. Et si dn̄s suauis vniuersis. maxie tū domesticis, τ q̄to q̄s sibi familiarꝰ vite merito ac mētis puritate aperiat [illegible] arbitroꝛ recētioꝝ aromatū τ vnctiōis suauioris sentire fragrātiā. Porro ī hmōi nō capit intelligētia nisi q̄tū expiētia attigit. Hec ille

Deo igit gr̃as q̃ odorē noticie sue mãife/stat p nos i oi loco.ij.Co.ij. Quarto iesus panis sacramētal. Cuȝ sit sũme attingētie. qr ipe se dat i cibũ.ꝛ manet i cibato ꝛ cibat⁹ i eo.vt dr Jo.vi. ꝛ h in maxia caritate vbi sit verissima attingētia aie ꝛ dei spũal. Sȝ notandũ ꝙ hugo in li.ð archa noe. pmo dic sic Ad deũ attingere est sꝫ p desideriũ cũ q̃rere ꝛ p cognitionē inuenire.ꝛ p gustũ tãgere Ex quo patet ꝙ attingētia ista hȝ q̃sdã gradus p quos de⁹ accedit ꝛ inuenit ꝛ attingit. non accessu locali nec tactu corpali sed similitudine spũali accedit ad deũ.ꝛ dissimilitudine a deo recedit.vt dic Aug⁹.li.vij.de trinitate

Prim⁹ igit grad⁹ est quo de⁹ accedit cũ p desideriũ querit. Quis em̃ de⁹ vt desiderat fm aliq̃d vt p̃ns nõ habeat.tñ necesse est vt etiã fm aliq̃d p̃ns habeat.alias ñ desideraret. Dic em̃ Gre.in omel. Profecto q̃ deum desiderat iã hȝ quē amat.ꝛ tñ habit⁹ ampli⁹ querit.qr sine fine est q̃rend⁹.vt ait Aug⁹.exponēs illud ps. Querite faciē ei⁹ sp. Secund⁹ grad⁹ q̃ de⁹ attingit est cũ p cogn.ꝛ hȝ inuenit. Cognitio em̃ est act⁹ vital. Actus aũt vitales attingũt sua obiecta vt dictũ est supra.al's dilect⁹ nõ dixisset dilecte. Vulnerasti cor meũ in vno oculoꝝ tuoꝝ. Cañ.iiij. intelligētia tua penetrãte ait ꝟcell.sȝ attingētia manet impfecta nisi id qð p̃ns est cognitioni.fiat p̃ns ꝛ volũtati amãtis. Quia Aug⁹ in ep̃la ad dardanũ dic. ꝙ q̃dã deũ cognoscũt q̃ tñ deũ ꝓpt h nõ habẽt. qr si cũ vt deuȝ cognouerũt.nõ tñ vt deũ glorificauerũt. ait ap̃ls ad Ro.i. Terti⁹ grad⁹ q̃ de⁹ attigit est cũ de⁹ p amorē tenet ꝛ amplexat.ꝛ spũaliter mãducat. Hi aũt act⁹ ꝛ grad⁹ sunt pncipiũ ipi⁹ affect⁹ ꝛ volũtatis. Vñ Aug⁹.ix.ð trini.c.vi.dic.ꝙ volũtas hȝ vnũ ꝓpriũ actũ qui est act⁹ tenēdi siue amplexãdi.ꝛ q̃si possidendi.q̃s act⁹ nõ pt hr̃e intellect⁹. Nã possessio nõ est intellect⁹ cognoscētis sȝ volũtatis hñtis sic sanitas sani nõ est medici cognoscētis .sȝ sani eã habētis. Vñ ꝛ actũ gustandi ñ habȝ intellect⁹ sȝ volũtas.qr gust⁹ est i charitate sicut dic Rich.sȝ charitas vl dilectio est actus volũtatis. Nã sic dic Rich.li.iiij.ð ꝯtēplatiõe ca.xv. Sic de⁹ p memoriã audit.p itelligētiam videt.ita p affectũ amplexat ꝛ attingit. Hunc tactũ spũalē expta fuit q̃ dixit. Leua ei⁹ sub capite meo. Leue noie intelligũt splēdores intellect⁹ speculatiui q̃ ad gustũ viatoris ptinēt.dextre noie q̃ patriã signat itelligit sup intellectualis vnitio ad deũ.q̃ speculũ nescit.ꝛ q̃si ad p̃miũ inchoat tãq̃ arra ꝛ pign⁹.ij.Cor.v.nec auferet. Luc.x.quare dixit spõsa Cañ.iij. Tenui eũ nec dimittã illum.post tã excessiuos amplex⁹ ꝛ ineffabiles Hec vercell. Quinto ih̃s est panis supersubalis.sic pȝ Mat.vi. Jð g̃tissima ꝛ sufficientissima refectio angloꝝ ꝛ hoim. vt dr i psal. Jð attingēs gustũ interioris mētis .apit euȝ ad eternoꝝ dulcedinē gustandã. Vñ ꝟcell. sup Cañ.dic. Nihil ē qð ita g̃tã mētibꝫ p̃stet refectionē sic panis supsubstãtialis . Hec em̃ refectio nõ fit p speculũ sȝ p diuine dulcedinis expientiã.iuxta ꝙ gust⁹ ꝛ tact⁹ nõ exercent p speculũ sic visus . ꝛ in hac dei pticipatiõe fundat portio marie q̃ nõ auferetur ab ea. Sȝ hec est pncipalis ruine antiq̃ reparatio qñ in pmo adã spoliati fuim⁹ ꝛ vulnerati in naturalibꝫ. Hec ille. Quis ãt iste panis habeat om̃e delectamētũ ꝛ omnē saporē suauitatis.ꝛ sanet om̃s infirmitates nostras.fm ps.nõ tñ in oibꝫ sapit eq̃lit. Dicit nãq̃ Ber.ser.xxxi.sup Cañ. De⁹ nõ vniformit sapit oibꝫ. Oportet nãq̃ p varijs aie desiderijs diuie p̃ntie gustũ variare. ꝛ infusũ saporē diuie dulcedis diuersa appetētis aime alit atq̃ alit oblectare palatũ. Mltũ ei different sapit iste panis vite etne repbis ꝛ electis. Vñ Gre.xi.moral. exponēs illð Job. Aur' verba diiudicat ꝛ fauces comedētis saporē.dic sic. Job i his ꝟbis aliq̃d ð repbis.aliq̃d de electis innuere videt.qr ꝟba sapie q̃ reprobi audiũt tm̃.electi nõ solũ audiũt sȝ etiã gustant.vt eis in corde sapiat qð reproboꝝ nõ mētibꝫ sȝ solũmodo auribꝫ sonat. Alið nãq̃ est cibũ noiatim audire solũmodo.aliud ꝟo est gustare. Electi itaq̃ cibũ sapie sic audiũt vt degustēt.qr h qð audiũt ipis p amorē medullit⁹ sapit.reprobi ꝟo qualit sapiat ignorant. Aliud em̃ est aliq̃d scire de deo. ꝛ aliud qð cognoscit faucibꝫ intelligētie gustare. Jlla ei dicta i sapie radice solidata sũt q̃ p viuēdi vsum ꝛ actuũ expimētũ ꝯualescunt. Hec Gre. Sȝ vt sup dictũ est opꝫ volētē gustare hũc panē supsubalē hr̃e sēsus exercitatos Hos sensus iteriores videt b.aug⁹ hũisse q̃ x.lib.ꝯfess.ait sic. Quid amo cũ deũ meum amo.certe nõ exteriora.sȝ q̃ndã lucē ꝛ q̃ndã vocē ꝛ quendã odorē ꝛ quendã cibũ ꝛ quendam amplexũ interioris hominis mei. vbi fulget aie mee lumē.qð non capit loc⁹.ꝛ vbi sonat verbũ qð non rapit tempus.vbi olet

odor quē nō spargit vēt⁹. ⁊ vbi sapit cibus quē nō minuit edacitas. ⁊ vbi heret qđ non diuellet satietas. Hec amo cū deū meū amo Hec Aug⁹. Ex his p₃ q̄lit sensus īteriores nři etna expiant̄. Vñ ⁊ Rich. li. de tri. ca. iij. dic̄. Nō d₃ nob sufficere illa etnorū noticia q̄ est p visū solū nisi ⁊ apprehēdam⁹ illā q̄ est p intelligētiā sit nec dū sufficim⁹ ad illā q̄ est p expientiā. Hec ille.

Distinctio septima

Septimo videndū est q̄lit spūs nr̄ ad veniēdū p iter expimētalis ꝑgustationis etnoꝝ ad itrinsecū dñi ihu īuitat̄ ab ipo dicēte Cañ. ij. Surge ꝓpera amica mea. colūba mea ⁊ veni. ⁊ h⁹ inuitationis subiūgit allectiuū. d. q₂ hic⁹ ꝓtulit grossos suos. i. q₂ iā est desiderati viatici optata suauitas. Tūc nāq₃ est itinerādi securitas. qñ itinerās suauit̄ reficit̄. ⁊ itinerātis virtus augmētat̄. donec cū ꝓpheta ad montē dei oreb ꝑueniat̄. Dic igit̄ o amica mea ꝓpter experimētalē mei māducatiōem. Nōne comedisti fauū meū cū melle meo. i. dulcedinē diuinitat₃ cū corpe ⁊ sāguie mee hūanitat₃ Hoc eñ ꝓpriū est amic₃ meis vt comedāt ⁊ bibāt ⁊ inebriēt̄ charissimi. Cañ. v. vt corp⁹ meum comedāt ⁊ sanguinē meū bibāt. ⁊ expientia itima mea diuītate inebrient̄. Hoc eñ ꝓpriū electoꝝ est. dic̄ haymo sup Apoc̄. Surge ad meā expimētalē cohitatiōꝫ. vt vbi sū ego ⁊ tu sis. q₂ ex hac māducatōe mei tu manes in me ⁊ ego maneo i te. Jo. vj. tanq₃ mihi iā incorpata. Ego quidē i altissimis habito. ⁊ thron⁹ me⁹ ī colū. nu. Jō Surge o colūba mea ꝓpt̄ expientie tue simplicē fruitiōꝫ ⁊ singularē. Solū eñ quer₃ expiēdo frui presentia mea. Vñ dixisti. Renuit ꝯsolari aīa mea. memor fui dei ⁊ delectat⁹ sū. Qđ exponēs Greg. vj. moral̄. dic̄ sic. Qui de tpalium amissiōe nō lugeo. d̄ tpaliū abūdātia ꝯsolari neq₃ possum ⁊ tñ memoria dei solū delectat⁹ sū. Si igit̄ tm̄ delectat̄ i sola memoria dei. dicat cū Ber̄. Sup mel ⁊ oīa ei⁹ dulcis ꝑñtia Propa. ꝓpt̄ expiētie tue pfectōꝫ ⁊ delectatiōꝫ. Mīro ei spūales delitias pl⁹ expir₃ tāto auidi⁹ appet₃ eas. ꝓpera igit̄ veīre ad me fontē oīm deliciaꝝ. Nā etiā celeritas i desiderio mora ē. vt d̄r Seneca. O formosa mea. ꝓpt̄ expiētie tue radiosā multiplicatōꝫ Expiris ei me re visitātē p⁹ pietē stātē p cācellos, ꝓspiciētē. i mōtib⁹ saliētē. Cañ. ij. Jtē expiris me te alloquentē. te odore meo sp attingentē. te reficiētē ⁊ ampl'ectantē ⁊c̄. vt p₃ in cātico amoꝝ p totū. Vñ Ber̄. s. lxiij. sup Cañ. dic̄. Attēdite spōse deuotoꝝ atq₃ solertiā siue expientiā q₂ vigili vtriq₃ oculo. s. experiētie obꝯuat spōsi aduentū. ⁊ deinceps oia ipsi⁹ intuet̄. Venit eñ illa. accelerat. appropiat. adest. respicit. alloquit̄. ⁊ nihil hoꝝ momētoꝝ spōse industriā fugit. Hec ille. Veni igitur ad expientie tue cōsummatōem. q₂ ficus ꝓtulit grossos suos. Jn q̄ ostēdit sue visitationis dulce allectiuū. Quid p fic⁹ ꝯueniēt⁹ intelligi p̄t ꝓducentē fructū dulcedis q₃ pr̄ etern⁹. ꝑncipiū oīs dulcoris q̄ ꝓtulit nobis grossos infinite dulcedis ⁊ refectiōis. s. fīliū suū. ⁊ spm̄ scm̄. ꝯsubales ⁊ coetnos. Verbū suū infinite dulcedis ꝓtulit incarnatum. vt nob ess₃ i redēptiōꝫ. ⁊ panē supsubstātialem vt esset nob in refectōꝫ. q̄ descēdit de celo nobis ꝑparat⁹. ⁊ habēs in se omne delectamētum. ⁊ oēm saporē suauitatis. vt p ip̄m dulciter reficiamur i via ne deficiam⁹. s₃ ad eternū p̄rem reducamur. Ecce d̄r hug. sup ꝑmū ange. hierar. Vnū fercul̄ ꝓponit̄ i mēsa dñi s₃ nolt ꝯtenere. Cōtinet eñ in se oē bonum. S₃ hāc refectōꝫ nō oēs gustāt. Jpa ei vna est ⁊ singlar₃. q₂ cū aliena ⁊ extranea delectatiōe ⁊ dulcedie nō ꝑcipit̄. D̄r domestica. q₂ amic₃ ⁊ familiarib₃ tm̄ ꝑparat̄. d̄r vnifica q₂ vnū secū efficit oīs q₃ se sumēdā ⁊ ꝑcipiēdā p̄bet. Hec ille. Fic⁹ etiā patna ꝓtulit nobis spm̄scm̄ ꝯsubalē ⁊ coetnū. q̄ est fons infinite dulcedis. saliēs i vitā etnā. Spūs ei me⁹ sup mel dulc₃. d̄r Ecci. xxiiij. A q̄ oīs dulcedo emanat. Vñ Gre. li. ix. moral̄. d̄r q₂ vnctio spūscī fac̄ ꝯtenere inferiora ⁊ erectat ad supiora. ⁊ q₂ dulcedo ei⁹ h̄ sentiri p̄t nō dici. Nūc grossū infinite dulcedis p̄r nob ꝓtulit dū nob eū i sensibilib₃ signis misit. ⁊ q̄tidie iūisibilit̄ elect₃ mittit̄. q̄ itinerātes p septē dona q̄si p septē dies. ⁊ p septē r̄fectōes spūales nos ad ꝯuiuiū etnoꝝ colliū ꝑducit. Unde Gre. i. li. mora. d̄t. q₂ vnūq₃dq₃ donū spūscti diē spūalē fac̄ in mēte p suā illumiatōꝫ. ⁊ i q̄libet die ꝯuiuiū fac̄ p suā dulcedinē. Intellectus i die suo ꝯuiuiū facit ⁊ ꝑparat. q₂ i co q₂ audita penetrat reficiēdo cor tenebras e⁹ illustrat. Sapiētia i die suo ꝯuiuiū fac̄. quia mentē eternoꝝ spe ⁊ certitudine reficit. Consilium in die suo cōuiuiū exhibet. quia dum ꝑcipitē esse ꝓhibet. ratiōe animū replet. Fortitudo in die suo conuiuiū facit. quia dum aduersa non metuit trepidāti menti cibos

ꝯfidētie apponit. Sciētia in die suo ꝯuiuiū ꝑparat. qꝛ in vētre mētis ignorātie ieiuniuꝫ sepat. Pietas in die suo cōuiuiū exhibet. qa cordis viscera misericordie opibꝫ replet. Timor in die suo ꝯuiuiū facit. quia dū premit mentē ne de ꝑsentibꝫ supbiat. de futuro illā cibo spei cōfortat. Hec ille. Et sic itinerans ad eternitatē cōfidēter ꝛ velociter īcedit. Et hec dona sanctispūs sunt quedā ꝑfectiōes aīme p quas reddit bene mobilis ad eterna ꝯsequendū. ꝛ exercitata ad experiēdū. qa spūalis oīa dijudicat. Ad cui⁹ eternitatis plenā expientiā nos pducat eterna sapiētia benedict⁹ deus Amen.

# Septimū iter eter

nitatꝭ p qđ spūs nr̄ venit ad intrīsecū secretū ꝛ eternale maneriuꝫ dn̄i ihū est eterno ꝛ meritoria operatio siue deiformis. i. diuīe opatiōi ꝯformis. Nisi eīm opa nr̄a essent iter ad eterna. dominus nō diceret Math. xvj. Se redditurū vnicuiqꝫ ſm opa sua. Opa eīm illoꝝ sequūt illos sicut dicit Joh. Apoc. xiiij. Ad maiorem aūt hui⁹ itineris noticiā habendā septē sūt notāda. Primo q̄re iter meritorie opationis ꝑcedētia itinera subsequat. Secūdo q̄re natura rōnalis ad hoc facta est ꝙ opet. ꝛ eternū finē p hoc cōsequat. Tertio quare homo ſm duplicē naturā corpalē scilicet ꝛ spūalē opari denotet. Quarto qualiter opatio vtriusqꝫ nature corpalis scꝫ ꝛ spūalis deiformis efficiat. Quinto qualiť diuersi grad⁹ vtriusqꝫ opationis vl' spēs distinguāt. Sexto qualiť spūs p vtraqꝫ vitā scꝫ actiuā ꝛ ꝯtemplatiuā ad eterna ingrediat. Septimo qualiť ad veniendū p iter meritorie opatiōis a dn̄o inuitet.

Distinctio pꝛima

Primo qualiť istud iter ꝑcedētia seq̄tur. Notandū est ꝙ cū aliquis ī spūalibꝫ exercitat⁹ fuerit ad eterna directus p rectā rōnem vel intētionē. cū fuerit ī itineribꝫ eternitatis expedit⁹ p frequentē meditationē. cū fuerit ad eterna direct⁹ ad limpidā ꝯtemplatōem. cū fuerit ad eterna īclinatus p feruidā dilectōem. cū fuerit de eternis instruct⁹ p multiplicē reuelationē. cum fuerit eterna exptus p dulcē ꝑgustationē. vt de oībꝫ patuit supra. quid modo restat nisi vt eterna ingrediat p deiformē ꝛ meritoriam opationē. Quid nā ꝑdicta oīa valerēt si ea deiformis opatio nō cōsummaret. Nō eīm perfectū facit cognitio ꝟitatis nisi subsequatur habit⁹ virtutis in opatiōe. ait Hugo sup. vij. angelice hierarchie. Et in libro ḋ tribꝫ dictis dicit sic circa finē. Quid nobis pdest si in deo cognoscim⁹ maiestatis celsitudinē. ꝛ nullā nobis inde colligim⁹ vtilitatem. Si eīm de illo intimo diuine ꝯtēplationis secreto reuertimur. qđ nobiscuꝫ afferre poterim⁹ nisi lumē exēplaris opationis ꝛc. vt supra in plogo dis. v. quare iter meritorie opationis rōnabiliter ꝑdicta sequit.

Distinctio secūda

Secūdo sciendū est ꝙ natura rōnalis ad hoc facta est vt opatiōes proprias opet. ꝛ p h̄ gratia mediāte finē suuꝫ vltimū ꝯsequat. ꝓpter hūc eīm finē cōdit⁹ est homo. vt op⁹ ꝓpter qđ fact⁹ est opet. ꝛ nō solum ne a vita eterna siue a suo fine excludat sꝫ etiā ne quasi naturali sua ꝑfectione puet. Qđ lincoñ. cōmentator sup. iij. angel. hiera. sic ostēdit dicens. Facta est rōnalis natura nō solū ꝓpter inherere deo p dilectōnē dei. sꝫ etiā opari ſm sacras ordinatōes bene ad ꝓximū ex dilectiōe ꝓximi. ꝛ si ꝑdicto modo ñ operat. tūc fine ꝓpter quē facta est caret. cuꝫ neutra dilectio sine altera pmāeat. ac p hoc cassa ꝛ vana est. ꝛ ideo indigna subsistere. etiam ſm existentiā naturalē ei diuinit⁹ dataꝫ ꝓpter hmōi finē. Sic eīm ſm ap'lm. q̄ non laborat nō māducet. sic oīe qđ op⁹ ꝓpter qđ factū est sue negligētie vicio nō facit. existentie sue naturalis fulcimēto priuari debꝫ. vt videlicet plenitudinē integrā. ꝛ integritateꝫ plenā existētie naturalis nō retineat. sic primus ange.⁹ ꝛ pmus homo nō opantes ſm sacras ordinatiōes gratie ꝓprie. recedentes volūtarie ꝛ elōgantes se a p se ente ꝛ p se esse deciderūt in corruptionē naturalť existentie nō ꝙ ipa caderēt in penit⁹ non esse. sed ꝙ ipa vt ꝑtactū est a ꝓprie integritatis plenitudīe deciderūt. ꝛ ꝓpter auersionē ab illo qui solus per se est ꝛ cōuersionē ad aliud qđ p se nō est aut deficient est. dicunt magis non existere q̄ꝫ existere. Hec ille. Et ideo non licet ociaria bono ope. Ocia eīm sine lr̄is mors ē. ait Seneca. ꝛ viui hoīs sepultura. Et Bern. ī sermone ad solitarios dic. Nihil ꝑciosi⁹ tpe qꝛ sicut capillus nō peribit de capite. sic nec momentū pibit de tpe quin oporteat reddere rōneꝫ. Igit natura rōnalis facta ē vt opetur. ꝛ p h̄ finē suū ꝯsequat.

Distinctio tertia

t Ertio videndū est. q cū homo ꝯstet ex duplici natura. corpali scꝫ ꝛ spūali ideo duplices opationes debet operari. vt ſm vtraqꝫ naturā ad eterna passibꝰ opationū dirigat̄ ꝑ intentionē rectā in finē vltimū qui est deꝰ eternus. vt sic totꝰ homo cū tota familia sua spirituali bene ordinet̄ ꝛ pacificet̄ ꝛ regnū efficiat̄ eterno deo. Nisi ei deus regnū suū in nobis habere posset. nō dixisset Luce. xvij. regnum dei intra vos est. Hoc aūt regnū nō est esca vel potus. sed iusticia ꝛ pax ꝛ gaudiū in spūsancto. Justicia iustificās iudicia cordis siue ratōis. pax trāquillans impia facultatis. gaudiū adimplēs desideriū volūtatis. Et Gregoriꝰ exponēs illud verbū dicit. Hec sūt quasi imago ꝛ arra ꝑhennis leticie futuri seculi. Istaꝝ opationum tā spiritualiū q corpaliū ordinē ꝛ directionē in finē scꝫ deū. bene ostēdit ꝛ docet auctor libri de spiritu ꝛ aīma dicēs. Nobilis est creatura aīma. Ciuitas nāqꝫ dei est. d qua tā gloriosa dicta sunt q ad imaginem ꝛ similitudinē dī facta est. Hec ciuitas hierusalē merito appellata est. quia ad fruendū visione illiꝰ pacis summe. q facit vtraqꝫ vnū creata est. Mens eiꝰ paradisus est. in q duꝫ celestia meditat̄. quasi in paradiso voluptatis delectat̄. Domꝰ etiā summi patrisfamilias est aīma. ꝑpter vnitatē moꝝ. Sponsa xp̄i ꝑpter dilectionē. Templū spiritussancti propter sanctificationē. Sequit̄. Ciuitas regis eterni. ꝑpter concordiā ciuiū. Et quia nulla est ciuitas absqꝫ populo. disposuit in ea conditor noster populū triplicis gradus. id est. sapiētes ad cōsulendū. milites ad pugnandum artifices ad ministrandū. Ciues huius ciuitatis sunt naturales ꝛ ingeniti anime vigores tanq indigene. quorū distincti sunt gradꝰ. Alij superiores. alij medij. alij inferiores. ad similitudinē angelice hierarchie Superiores sunt quidā intellectuales sensus. medij rationales. infimi aīales. quorum hec differētia est. Animalis siue sensualis appetit sensibilia Rationalis discernit ꝛ discretionis oculo aspernat̄ ea. Intellectualis ꝯtrahit ea ad diuina. Sequit̄. Intellectuales igit̄ sensus sunt tanq anime ꝯsiliarij dicētes ei. Deū time ꝛ mandata eius obserua. ꝑpter hoc est eni omnis homo. Rationales sunt milites qui hostes cōcupiscentiarum ipugnant ꝑ arma iusticie. Animales siue sensuales sensus sunt tanq rustici ꝛ artifices mechanici qui corpalibꝰ rudimentis insistūt. ꝛ corpori necessaria ministrāt. Sequitur. Hanc triplicē vim aīme scꝫ sensualē rationalē ꝛ intellectualē philosophi partes aīme vocauerūt. nō integrales sed ꝑtuales. quia potētie eius sunt. Hec oīa in libro ꝑdicto. Tota igit̄ ista familia pacificata ꝛ qlibet in suū officiū ꝛ opus ordinata ꝛ directa ꝛ regi suo plene subiecta. oēs extranei regnum aīme turbātes eijciant̄ ꝛ excludātur. Extranei aūt sunt (vt dicit Richardꝰ libro quarto de cōtemplatiōe. c. xv.) oēs cogitatus tā vani q noxij qui nulli nostre vtilitati seruiūt. ꝛ similiter turba inordinatarū affectionū ꝛ solicitudinū. quas oēs oportꝫ eijcere. vt regis nostri legibꝰ. ꝛ dilecti nr̄i amplexibꝰ quanto liberiꝰ tanto iocundiꝰ liceat inherere. Qui absterget omnē lachrymā ab oculis eoꝝ. Ex his apparet q homo scdm vtraqꝫ naturā debet operari. cū ſm vtraqꝫ sit beatificabilis.

Distinctio quarta

fonti luminis appropinquet. et ex ipsa appropinquatiõe diuinis radijs necessario illustratur. quibus etiã versutissimas tẽptatiões et palliatas et sub specie bonitatis p̃etẽtas cito et sagaciter deprehendit. tũc hostis sagacitas confutatur. quia ſm q̄ in puerbijs dr. Frustra iacitur rethe añ oculos pẽnatorũ. q̄ p affectionũ desideria volant sic nubes et q̄si colũbe ad fenestras suas. sic legitur in Ysaia. Disponitur etiã respectu ipsius fortitudinis. quia tãta vehemẽtia ipsi inheret quẽ diligit veraciter. vt potius millesies se pmitteret iugulari q̄ semel ex deliberatiõe dilecti offensam incurreret. et ad istã fortitudinẽ obtinendũ habet ista duo coadiutoria. vt veluti de ppria familia ipsius dilecti creatoris dirigẽte dextera ptegatur. ſm illud Sapie. Iustorũ aime in manu dei sunt. et illud a patre sui quia si in fortissimis tẽptatiõibus ab inimicis ppelleretur interius. veluti puer consurgit ad mrẽm pcito. et consurgit cũ ab alieno timet ledi. Sic mens in fortissimis tẽptatiõibus ad subsidium illius quẽ diligit ad ipm aspirãs intẽsius recurrit. et iste modus vincẽdi demones inter alios est p̃clarus. Per istã sapiam tpantie virtus ducitur ad pfectũ. ex hoc enĩ est intẽperãtia humana q̄ hõ i gula vel luxuria vel alijs carnis illecebris omissa vera delectatõne q̄ est ex piunctiõe dei et aie miserabiliter delectatur. Cũ igitur multo maior sit illa delectatio q̄ est i dõ. q̄ q̄ est i carne. sicut deus melior est q̄ vlla creatura in q̄ carnales hoies delectantur. (Inq̄ntũ enĩ de vera illa delectatiõe mens sensibiliter expitur. intiñ vehemẽtius carnalẽ delectationẽ respuit et illũ inueniẽs i lectulo amoris q̄ est vera iocũditas. sic dic. Mihi aũt adherere deo bonũ est) Igitur hac habita ab ipsa cetera alia de facili vilipẽdit Per mysticã etiã sapiam iusticia pfecta acquiritur. quia vera iusticia hec est. reddere deo qd̃ suũ est. et sibi qd̃ suũ est. et pximo suo qd̃ suũ est. Primo enĩ p istã sapiam vnitiuã redditur deo qd̃ suum est Nã p quẽlibet motũ psurrectõis aia constituitur añ deũ. p affectiões etiã amoris anima q̄rit q̄ dei sunt nõ q̄ sua sunt. nã aliter non est vera dilectio nisi plus dilectũ q̄ seipm amãs diligat. ipe amor etiã ipam q̄escere nõ pmittit. nisi in eo quẽ diligit. quia sicut pondus lapidis nõ pmittit ipm q̄escere donec ad terrã suum locu naturalẽ pueniat. sic nec amor spũalis pmittit in alio q̄ in solo deo q̄escere. q̄ est oium spirituũ vltra quẽ nihil desideratur terminus naturalis. Nõ tñ redditur deo qd̃ suum est p istã sapiam. sed et aie redditur qd̃ suũ est. i eo q̄ p grãm pficitur in seipsa. Quia ſm phm. aima pficitur virtutibus et sciẽtijs. igitur tũc est ibi sũma aie diligẽtis pfectio. qñ ille q̄ est fons totius sapie. et ois sapiẽtia sine sciẽtia creata tã in superioribus q̄ in inferioribus ab ipo emanauit. spũaliter p seipm mentẽ inhabitare dignatur. Vñ verius q̄ aliqs in loco materiali sedeat. habitat deus in aia ipa que diligit ipm. et hoc spũali habitatiõe vt dictũ est quia ipe caritas est. et q̄ est in charitate q̄ est verus amor in deo manet et deus in eo. vt in canonica Ioh. legitur. Per hãc igitur redditur pximo qd̃ suũ est. et in eodẽ amore q̄ diligitur pr et filius. Ex hoc enĩ q̄ aia suũ creatorẽ diligit. omnẽ etiã rõnalem creaturã diligit. q̄ ipsius patris eterni est imagine insignita. Ex eo etiã q̄ pr̃ diligitur. ex eo venit feruẽs aiarũ sola dilectio. ex eo enĩ multiplicantur oratiões p animabus deperditis liberandis. Ille etiã idẽ amor gemitus m̃tiplicat vt aie ad pmũ creatorẽ reuertãtur vt scilicet mortue p peccatũ. p vitã grẽ diuie suscitentur. Sicut Hieremias clamat dicẽs. Quis dabit capiti meo aquã et oculis meis fontẽ lachrymarũ vt plorẽ sup iterfectos pli mei die ac nocte. Quõ etiã p hãc disponitur respectu meriti ſm omnẽ affectionẽ theologicã planum est. quia quotiẽscũq̄ mẽs i deũ immediate monetur. vitã eternã totiẽs pmeretur. et quotiẽscũq̄ vult aia sic disposita põt actualiter affici velocissimis motibus. tñ intercisis. et plus q̄ dicere valeã eleuari meretur in glia in qualibet psurrectiõe istorũ. et quia singulari merito est respõdens glia singularis excepta subali corona de visione pulcritudis diuine. pstat q̄ p hãc sapiam sibi corone inumerabiles cumulantur. Cõcludẽdo ergo a primis sic p istã sapientiã mẽs ignita pficitur. vt ad instar circuli q̄ est pfecta figura inter alias i p̃senti et in futuro mens a sensibilibus egressa reuertendo in idẽ quasi ptractiõe ab eodẽ pũcto in eundẽ punctũ directissima ordinatõne regreditur O ergo sapiẽtia eterna. quia nullus mortaliũ põt manifestare istã ammirabilẽ et increatã sapientiã q̄ a te fonte vite imediatissime pcedit. Veni ad docẽdũ nos viã prudẽtie. quia cõtra vsum aliarũ sciarũ in ista sapia practica precedit theoricã. Primo ergo subditur de practica. q̄ mens purgatur in pmavia. In scda illumiatur. In tertia pficitur vt hec sapia ſm triplicẽ viã vltime hierarchie rñdeat. s. purgatiua thronis. illumiatiua cherubin. vnitiua seraphin

Quia ergo hec sapientia vt dictum est persuaderi potest ab homine sed non doceri. ideo subdit hec triplex via per quam quilibet quantumcunque simplex doctrinam istam celestem non humanam quo ad vsum diuinitus obtinebit. Tu beatissime deus altissime qui natura es inuariabilis. incommutabilis per te stans. omnium bonorum virtus principaliter ditiua. qui aspectu tuo angelos reficis. tu qui es increata sapientia. que mentes angelicas et celestes tuis radiis preclaris irradias tanquam viuifica virtus. ita amatores tuos adimples vt ab infimis separatos suscites nos ad tui desiderium et cognitionem. et remota omni mentis distractione conuertas nos ad aggregantis patris vnitatem quibus in horrea claritatis eterne dispersiones congregas israelis. Amen.

Sequitur ergo primo quid sit ista sapientia. Secundo de persuasionibus ad ipsam. Tertio de industriis per quas mens in ipsa firmissime solidetur. et hec pertinent ad practicam. i. ad vsum. quod etiam si anima simplex fuerit ita quod nesciat ordinare. saltim aspiret et quoque modo doleat. Secundo etiam si nesciat meditari in scriptura. vt dictum est. saltem aspiret ad amorem. d. semper in omnibus suis orationibus et petitionibus. O domine quando te strictissimo amore constringam. et sic quantumcunque simplex vel laicus poterit per dolorem de peccatis veluti per osculum pedis. per recordationem beneficiorum. veluti per osculum manus vsque ad osculum oris quod est in desideriis amoris ascendere dicens. Osculetur me osculo oris sui. Et hec iam presumptuosa non iudicabitur. si primo in osculo pedis et manus se exerceat. et postea in alia hora ad osculum oris.

Sequitur de tertia via. Accedite ad eum et illuminamini etc. Cum enim deus beatissimus lucem inhabitet inaccessibilem secundum quod ait diuinus apostolus. Cum omnis rationalis creatura distet ab ipso gradibus infinitis. ad hoc quod lucis eterne suppulcris claritatibus illustretur. necesse est animam quasi a se egredi. et gratuito beneficio creatoris supernus eleuari. vt sit aliqua approximatio et aliqua assimilata conformitas inter creaturam recipientem et ipsum benignissimum influentem. ideo dicit diuinus propheta. Accedite ad eum et illuminamini. vt illud precedat et immediate illuminatio consequetur. ibi ergo tangit complete isti libri materiam in quo cursu extraneo quasi contra omnes diuinos et theologicos tractatores non per speculum creature vel ingenii inuestigatione vel intellectus exercitio docet ad cognitionem immediatam creatoris attingere. sed per amoris vnitiui aspirationes flammigeras. quibus non tamen quia deus est sed etiam quod sit deus beatissimus ipse principium totius beatitudinis et origo infallibiliter adhuc degentes in miseria pregustamus. que in tantum excedit cognitionem rationis vel intelligentie. vt dicetur postea. in quantum sol cunctis aliis planetis pulcrior. et stella matutina ceteris syderibus fulgentibus fulgentior vniuersis. que reuelantur abscondita. que reserantur occulta. que non humanis et terrenis faciant amantem intendere sed potius supra seipsum eleuatum immediate diuinis et celestibus insistere disciplinis. Quia ergo amor estuans ad vnionem dilecti aspirat ardenter. sursum trahit spiritum vt fonti veri luminis appropinquet. quod solus facit accedere ad illum qui est oriens ex alto. hos qui in tenebris et in vmbra mortis sedent illuminans. vt per ipsum motiua et cognitiua completissime suas perfectiones obtineant vt mens ardore amoris et decore luminis a suo dilecto misericorditer decoretur. quoniam non solum per amorem vnitiuum gloria eterne beatitudinis in recessu spiritus a corpore possidetur. nec solum vitam celestem ducere contingit in terris. non tamen humanam suis sursum extensiuis siue excessiuis actionibus mentem interius sollicitant. sed insuper in anima incomparabiliter per amoris vnitiui desideria perfectio amplioris cognitionis relinquitur quam studendo vel audiendo vel per rationis exercitia conquiratur.

In hoc ergo presenti opere quod a me ad declarandum beati Dyonisii mysticam theologiam conscribitur est presens intentio ostendere theoricam ibi inclusam. quomodo anima creatori suo inhereat. et ipsi efficacius veluti dilecta dilectissimo radicabiliter vniatur. Ubi verba paucissima sunt. sed infinita sententia sicut manifestissime in sequentibus apparebit. quia in hac vnitiua sapientia non ab eo quod extra in scripta redigitur. sed ab eo quod intus percipitur mentis extensa vnitio. ad suum dilectissimum cupientis attingere. ipsius dono gratuito recipit incrementum. Stilus autem istius libri simpliciter et pure anagogicus est. nisi quandoque propter pium auditorem ad inferius aliquod quandoque descendat. ad sensum anagogicum manifestius explicandum. vt solum pure amantes hanc supremam sapientiam vnitiuam in seipsis percipiant. et a mundi sapientibus vel mundana amantibus neque quo ad intellectum neque quo ad affectum vllatenus capiatur.

Finis autem est attendere quomodo anima ad sponsi vnionem totis visceribus debeat aspirare. vt arram glorie et dyadema nuptiarum regalium valeat percipere in presenti. quod omnis rationalis spiritus tanquam suam beatitudinem debet appetere. propter quinque rationes que ante principale videndum. ad

auidius recipiendū que in sequētib⁹ dicentur plixius pmittunt. Prima igit rō sumitur respectu rōnaliū creaturaꝝ ꝛ mūdanorum actuū. tres alie respectu pfectōis ipaꝝ psonaꝝ q̄ p vnionē amoris in pn̄ti felicit obtinet. Ultima rō rōe ꝯtinuatiōis pfectus ꝛ augmēti quo mēs seipa fortior efficit semp. ꝛ p amore dilecti ad maiora sp seipam extēdere cupiēs. donec in recessu ipi⁹ a corpe sibi sol iusticie ipm visura facie ad faciē sic est orat. In pma em̄ insipiētia omniū mortalium ꝛ maxime religiosoꝝ oñdit. Sic em̄ q̄dam sanct⁹ dicit. Uniuscuiusqꝫ artꝭ idustrius appetitor cūctos labores ꝛ picula atqꝫ dispendia eq̄nimiter libēterqꝫ sustīat. ꝛ hoc i agricolis ꝛ negociatorib⁹. ꝛ in militib⁹ exemplo sensibili cōprobat. Nā ꝛ agricola nunc torridos solis radios. nūc pruinas ꝛ glacies nō declinās. terrā infatigabilit scindit ꝛ indomitas agri glebas freq̄nti subigit vomere. vt eā cūctis sentib⁹ expurgatā. vniuersqꝫ germinib⁹ absolutā. in modū solubil arene exercēdo ꝯminuat. hūc solū finē intendēs. s. pceptionē copiosaꝝ frugū. exuberantiū segetū. nō alias adeptuꝝ se esse ꝯfidens q̄ vel ipe vitā secur⁹ ducere vl suā possit subaꝫ ampliare. Si ḡ tot laborib⁹. tot calamitatib⁹ icessant estuat vt possit terren⁹ terrena suscipere p modicū tpis in ipis quietudinē iuēturus. nō imerito om̄is aīa toti⁹ trinitatꝭ insignita imagine. ꝛ maxie religiosus q̄ ad hoc obtinendū efficaci⁹ vt deo eterno vniat. strictius p̄ aliis se succinxit. In q̄ tanqꝫ in fonte beatitudīs leticiā in pn̄ti ꝛ gliam in futuro p vnitiua desideria poterit exhaurire. Et si in pncipio aliq̄ forsitan difficultas vel carni repudiata intollerabilitas videat. tn̄ cito in tā iocūdo dilecto desideratā requiē poterit inuenire. qꝛ in ingressu est via artissima. fm Salomonē in lib. Sapie dicentē. In paucis vexati. i multꝭ bn̄ disponent. ꝛ nō imerito. qꝛ ille citissime a q̄ om̄e gaudium et oīs iocūditas emanauit. Scdo videm⁹ q illi q̄ negociationū solēt exercere cōmercia. nō incertos pelagi timēt casus. nulla discrimina phorrescunt dū ad finē quest⁹ solicite attēdentes ꝫ oīa ppeti hilariter puocāt. Ex si tales corp⁹ ꝛ aīam tāto subiiciūt discrimini incessant. q̄to deberet rōnalis spūs īcessabili deuotiōe inardescere. vt illū suauissimū inueniret q̄ sua iocūda pn̄tia p amorem vnionis obtēta. oēm ab ipo eliminaret egestatē. ꝛ oēm ab ipo inopiā remoueret. et non vltra ipꝫ vagari pmitteret. nō vltra oblectamēta adulterina i creaturis aliis mēdicarꝫ cū ipe beatissim⁹ inueniret expimētalit hospitat⁹ q̄ est om̄is mētis tendētis sufficiētissimus ditator. De q̄ dic aīa cū ipi⁹ sentit iocundā pn̄tiam Job. In lectulo meo moriar ꝛ sic palma multiplicabo dies. nolēs iam ad ꝯsueta discurrere iā hūana ꝯsolatiōe nō indiget. qꝛ iā illi vnita est in q̄ oīm languoꝝ suoꝝ tā corpaliū q̄ spūaliū inuenit saluberrimā medicinā. Tertio etiā videm⁹ q̄ hi q̄ militie mūdialis ambitiōe libidinosa īflāmant. dū ꝯspiciūt honoꝝ ac potētie finē. exercitia pegrinationū vel picula non sentiūt. nec pn̄tib⁹ erūnis bellisqꝫ frāgunt dū positū sibi dignitatꝭ finē cupiūt obtinere. Si ḡ in tot miseriis inuoluunt vt ad modicū tpis laudib⁹ hoīm vētoꝝ inanis glie eleuent. hoc sufficiēs p̄miū reputantes p om̄ib⁹ ppessis multiplr tā in spū q̄ in corpe fatigatiōibus Quid dignū possit pagere mēs rationalis creaturaꝝ nobilissima respectu tn̄ sui creatoris mēdica. vt ad illa tāta dignitatꝭ p̄mia pueniret vt illi a q̄ creata de nihilo pmordialem originē habuit i amoris vnitiui desideriis vniret. ꝛ tāto honore i ꝯspectu creatoris digna valeat iudicari vt minusqꝫ musca. mir⁹ q̄ nihil. pncipio vite spōsa. regi angeloꝝ dilecta ꝑtissime valeat appellari. et ad tantū honorē ab altissimo creatore minima puocet. sic dicēte in cāticis. Aperi mihi soror mea colūba mea ꝛc. Dicto quō p act⁹ mūdanoꝝ ꝛ seculariū mēs ad tāta dilecti gaudia puocat. Dicēdū est quō p creaturas rōnales ꝛ irrōnales ad quiescēdū i suo creatore multiplicit excitat. Primo in sensibilib⁹. Scdo in vegetabilib⁹. Tertio i aiatꝭ rōnantib⁹ ꝛ irrationātib⁹. Uide quia ad istud eduliū ad qd aliq̄ expimentali noticia aīal brutū gustui delectabile exestuat. currēdo cū impetu sine discretōe accelerat. Cū ḡ rōe p̄dicta mens habeat vnū solū delectabile obiectū in quo ꝟa requies ꝛ oīs satietas parit cōbinant. diuio iudicio misera iudicatur. vt tāto delectabili sibi p̄sentialit ꝛ imutabilit existenti misera defraudet. cū bruta ad suū delectabile cū tāta festinatōe accelerent sensibilit obtinēdū. ꝛ ista nō vult facieꝫ suā erigere ad illā verā sapiam vnitiuā de q̄ ab increata sapiētia in libro Sapie dr. Oīa mihi bona venerūt parit cū illa. Dixi ei oīa.

vt nihil in mēte ipsi⁹ pñtia remaneat incom
pletū. Dicē bona. nō bonū dicit vt multipli/
cationē in mēte diligētis diuinoꝝ beneficio
rum insinuet. Uenerūt dicē p hoc non a se si
gnans sꝫ ab illo obtinere. s. ex influētia ipius
dilecti misericordie influētis. Dicit pariter.
cū in seipa aīma nihil boni habuerit. et si qd
fuit multiplici amaritudine replebatᷣ. cū illa
dicit. vt nō solū possessione ipi⁹ vnitiue sapi
entie mens interi⁹ impinguetᷣ ꝛ medullaruꝫ
ipi⁹ multiplicatis fructib⁹ irroretᷣ. Sed et
multa dilecti encenia. s. splēdores ꝛ distillati
ones multiplices pñtiam vnitiue sapientie
comitantᷣ. vt tā p ipam q̄ȝ cū ipa mēs experi
menta glie obtineat in pñti. Miserabilis
ḡ debet aīma reputari si illud qđ videmus
in sensibilib⁹. nos rōnales non facim⁹ ꝛ re/
spectu momētanei delectabilis pigritantes
circa inferiora lamētabiliter occupati. cōtra
etiā cordis humani generositatē impudentᷣ
ꝛ miserabiliᷣ dormitem⁹. Hoc etiā apparet ī
vegetabilib⁹ vt in arborib⁹ q̄ vt stabiles sint
ꝛ in cōcussione ventoꝝ immobiliᷣ maneant
in terra. radices imittūt pfund.⁹ ab humo/
re ipsi⁹ terre in q̄ figunᷣ recipiētes fortifica/
bile nutrimentū. vt etiā ramos supi⁹ emit/
tētes ꝑpter immissionē firmissimā sine sui cō
fractione in suo loco firmissime pseuerent.
Sic mēs p amorē vnitiuū supra se erecta p
penetratiuas affectionū radices in eo cui p
amorē vniᷣ radicata infigiᷣ. in qua infixiōe
vnionis stille roris eterni exhauste p amorē
marie rōne redūdantie ipi⁹ fontis omniuꝫ
deliciaꝝ ꝛ plenitudis p importunitatē vni/
tiui amoris q̄si quibusdā radicib⁹ ad stipitē
affect⁹ descendūt inferi⁹. mentē sic fortifican
tes in sporti inauertibiliᷣ ad spōsuꝫ sine ob
liquitate pfectu ꝯtinuo ascēdat. vt etiā cor/
roboratiōe motuū amoris q̄ hic radices p/
prie nominanᷣ rami ceteraꝝ potētiarū oīm
ꝓfundanᷣ. ꝛ inde sic fortificata vt non iā ad
modū arūdinis spūaliū ventoꝝ turbine q̄/
tiatur. Et sicē humor arbores facit virescere
florere ꝛ fructificare. ꝛ nihil boꝝ sine virtute
ipi⁹ humoris arbor materialᷣ obtineret pe/
nitus. sic ꝛ humor amoris facit florere altio
rib⁹ ad magis placēduꝫ dilecto cōceptiōib⁹
q̄ȝ plurimis. ꝛ fructū opeꝝ sine exinanitiōe p
ferre folia ꝟboꝝ nō de ariditate mūdanoꝝ
nisi ea vilipēdendo. sꝫ d̄ his q̄ placēt illi quē
diligit facit amor viriditate ꝑpetua appare
re. vt illi⁹ ꝑmissionis veritatē experimētaliter no
ticia in seipis ꝑcipiāt. quā iā dudū degēs in
terris ꝛ cū miseris habitās dilect⁹ promisse
rat dicēs. Mēsurā bonā ꝛ ꝯfertā ꝛ coagita
tā ꝛ supeffluentē dabūt in sinū vestrū. Hoc
eīm ꝑmittit de⁹ altissim⁹ aīe aspirāti. q̄ ad in/
star insensibiliū materialiū arboꝝ p amoris
mot⁹ ignitos in ipo infigiᷣ. ꝛ qđ videt in cre
atura q̄ȝ expertē ꝛ insusceptibilē delectatōis
ꝛ iocūditatꝫ cognoscit. h̄ ipa misera apperat.
cui tot delectabilia p̄mia a collatore oīm p/
mittunᷣ. ꝛ que sint ista in sn̄ia p̄dicta insinu/
ātur. Mensurā dicit. qꝛ cuilibet se ad suā v/
nitionē sollicite disponēti daᷣ amor. id est. p
fecti amoꝛꝫ vnitio. que mēsura ꝑprie dr̄. Naꝫ
ipa sola quātitas aīe mensuraᷣ vt desidera/
tam pfectiorē vnionē citi⁹ ꝛ efficaci⁹ apphē
dat. ardenti⁹ q̄ȝ amare desideret. ꝛ ſm suo/
rū desidérioꝝ mēsurā apportādo secū ence/
nia ipē altissim⁹ paupcule se infundit. q̄ vere
bona affectū mētis erigēdo deo eterno dili
gentē vniēs nō bono p pticipatiōem sed sū/
mo bono. ampliori bonitate mentē sibi vni
tā deificās. vt eo sola bona dicatur ꝛ melior
oīs mēs angelica ꝛ humana. in qua amor
trāsformās creaturā in creatorē abundāti/
or redūdauerit. vt iste sol⁹ nobilissim⁹ habi/
tus. bon⁹ antbonomasice debeat nominari
qꝛ in eo q̄ sol⁹ bon⁹ est ſm ipi⁹ sn̄iam facit in
deū sua extēsione deifica aīam trāsformari.
cui⁹ fructū multiplicatiōe ꝛ exuberāti abun
dātia vires ꝛ ꝟtutes aīe pfundēs vt rōne
redūdantie ipi⁹ nihil maneat vacuū. ꝛ ideo
cōferta statim dr̄. Sꝫ etiā qꝛ ex pñtia vniti
ui amoris ex q̄ tot⁹ homo respergiᷣ est ibi q̄
dam virtutū creatio. vt vna motū alteri⁹ p/
occupare cupiat. ideo coagitata dr̄. Et quia
ver⁹ amor tāq̄ȝ ignis estuās nō pōt sic adhi
bita diligētia coopiri cinerib⁹. qn sp quo ad
aliqd calorē emittēdo alis emicat. sic amor
supeffluentiā opaᷣ vsq̄ȝ ad ꝟba exteri⁹. qꝛ d̄
his circa q̄ vertiᷣ mētis affectio ꝟba libēti⁹
pferunᷣ ipa mens quadā limitatiōe amorꝫ
p̄ponderās vt os qđ est nunci⁹ quo mēs p/
mittit qđ sentit interi⁹ pferat diuina nō hūa
na. celestia nō terrena. Unde pōt dici mēsu/
ra amoris ſm quā affect⁹ potētias suas di/
rigit multiplici exhauritiōe corroborat. vir
tutes creatas ad opandū exagitat. vt etiam
ad ea que sūt exteri⁹ se extendēs sua digna/
tiōe ꝛ ex deliberatiōe loqui vel facere nisi d̄
ptinentib⁹ ad ipam suū possessorē nō pmit/
tat vllo modo. Inde ḡ dꝫ aīa lamētabiliter

excitari vt laboret instantiꝰ.s.vt ꝓncipiũ in
ceptiõis vbi quasi tota est vniꝰiue sapientie
difficultas aggrediatᷣ audaciꝰ.vt tãto citius
manẽs immobilis ĩ loco sibi cõnaturali sue
ꝓmordiali origini naturaliᷣ cõpetẽti firmis
sime radicetᷣ. Dicto quõ ꝑ exempla sensi/
biliũ ⁊ vegetabiliũ mens ad suũ delectabile
obiectũ debeat excitari.⁊ in suo loco natura
li inauertibiliᷣ radicari.dicendũ est quomõ
ꝑ exẽpla inanimatoꝝ ad idẽ efficaciꝰ excitetᷣ.
Sic om̃ia corꝑalia locis sibi cõpetentibus
ꝯseruantᷣ.sic spũalia scꝫ mẽtes angelice ⁊ hu
mane locũ habẽt ꝓpriũ nõ ad instar corꝑali/
um dimensionũ sꝫ sue ꝯtẽdentie ⁊ ne redigã
tur in nihilũ ĩpa sua dextera ꝯtinentẽ. Sic
enĩ corpꝰ ratiõe sue põderositatis statim ad
locũ naturalẽ vt in ĩpo quiescat naturaliter
deportatᷣ.sic mens donec ꝑfecte ꝯstringat il
lum q̃ sua dignitate nõ potest nõ appeti per
pondꝰ amoꝝ vsqꝫ ad ipsiꝰ vnionẽ a supnis
collatã.sine q̃te vaga.sine refectiõe fameli/
ca mẽdicabit quãtũcũqꝫ extraneis delitijs
vel honoribꝫ occupetᷣ.tamẽ nullatenꝰ satia/
bitur nisi illũ cuiꝰ est imitatrix imago. ipsũ
ꝑ cõtactũ amoris quẽ vnicũ naturaliter ap
petit fuerit assecuta.⁊ nisi in signo iugis leti
cie ĩ ĩpa se p̃ñtem annũciet.mẽtis importu/
na tẽdentia nõ quiescit. Et hoc in Joh.euã
gelio.c.vj.insinuatũ habemꝰ a diuino petro
p ceteris amãte ardentiꝰ.sic dicẽte. Viderat
enĩ vbiqꝫ inopiã ⁊ in ĩpo solo cui loquebatᷣ
p̃sentialiter ꝑfectã quietẽ inueniens dicit.
Dñe ad quẽ ibimꝰ.verba vite eterne habes
dñm vocat.q̄ ĩpm colit om̃i postposita cre
atura.potest enĩ appellare dñm.cũ amor nõ
deriuetᷣ ad aliud sꝫ ꝯuertatᷣ ad ĩpm a q̃ tãqꝫ
a fonte ꝓmordialiᷣ emanauit Et sic dĩc.Ad
quẽ ibimꝰ.q̃re vero nõ esset recedendũ ab
eo in ꝑsona amantiũ subdẽs efficacissimam
rõem. Verba vite eterne habes.non verba
oris exteriꝰ sed mẽtis interiꝰ.tuas distillatõ
nes multiplices immittẽdo.q̃bꝫ multo effi/
caciꝰ q̄ꝫ ꝑ argumẽta vel creaturas vel q̃cũqꝫ
alia verba vite eterne incognita gaudia tuis
amatoribꝫ manifestas.vt ipsa sentiẽtes ſm
diuinũ apl'um cetera om̃ia vt stercora repu
tent vt te lucrifaciãt. Quarto respectu ra
tionalium. Cũ naturaliᷣ aĩa ſm suas po
tentias obiectꝭ cõpetẽtibꝫ ꝑfici desideret.scꝫ
ad arduũ.veꝝ.⁊ delectabile aspiret se exten
dẽdo supꝰ vt illi ineffabili vniatᷣ q̃ est sũma
maiestas.incõmutabilis v̾itas.indeficiens
bonitas. De istis breuiᷣ ꝑtrãseo. quia d' his
inferiꝰ oportet determiare plixius. Tamen
ad p̃ñs sic verã arduitatẽ increatã esse aĩa
nõ reputet in eis in quibꝫ quãtũcũqꝫ alijs p̄
excellẽs artioribꝫ honoribꝫ eleuetᷣ ĩpam ne/
cesse est tã mẽtis q̄ꝫ corꝑis vt sensibiliter cõ/
probamꝰ mẽdicitati.⁊ subiectiõi multiplici
subiacere. Sꝫ tũc solũ mens in obtẽtu vere
arduitatis ꝯgaudet qñ ꝑ intimã amoꝝ vni
onẽ tãta libertate ꝑfruitᷣ q̃ nõ potest cogno/
sci nisi ab illis q̃ ĩpam expimẽtali noticia p̄/
sentiũt.vt diabolũ nõ timeat.mortalẽ homi
nẽ nullatenꝰ ꝑtimescat.vt tumultꝰ pene eter
ne nõ sentiat.vt susceptionẽ mortis ample/
ctẽdo gaudeat. vt que immediate ꝑ veram
vnitionẽ creatori ꝓprio se subiecit in om̃ibꝫ
liberã ĩpiꝰ ꝓmissionẽ ꝯsequatᷣ dicẽtis in Jo.
Si filiꝰ dei vos liberauerit vere liberi eritis
Tũc ei vere filiꝰ dei liberat qñ dexterã amo
ris ĩpam extẽdendo porrigit. vt ĩpi inhere/
at om̃i creatura supposita nihil sub deo p̄ea/
le amãti in vniuersis desiderijs dñetᷣ. Et hec
est rõ.q̄ in loco tuto ꝑ insitionẽ amoris se
firmiter collocauit.nihil aliud timet extrin/
secũ nec etiã ĩpm in q̃ habitat cũ amor fami
liaris minas illiꝰ quẽ diligit facit obliuisci.
Vñ dicit ĩpa v̾itas in Joh. Hec locuꝰ sum
vobis vt in me pacẽ habeatis.in mũdo aũt
pressurã habebitis.tũc enĩ quãdo dñs mẽti
loquitᷣ ⁊ seipm ꝑ spiritaliũ influxionũ collo
quia p̃ñtẽ denũciat.statim pax sequitᷣ q̄ ĩpe
est ab om̃i seruitute radicitꝰ liberatꝰ.q̃ etiã
altissimꝰ mũdanis p̄ssurã habendã ꝓmittit
q̄ dignũ est vt q̃ venerãdissime maiestati se
ĩpm ꝑ amorẽ veꝝ nõ subijcit. ab om̃i creatu
ra misera cõculcetᷣ vt om̃is creatᷣa suũ vindi
cet creatorẽ.illũ afflictiõe multiplici ꝯculcã
do.q̃ nolẽs ei ꝑ amorẽ subijci.dñm ꝓpriũ de/
relinquẽs.adherẽs vilitatibꝫ alijs quasi ille
nõ esset verꝰ deus vilipẽdit. Vñ q̃nto aĩa
inheret ꝑ ardentiorẽ amorẽ intimiꝰ deo ĩ tã/
to efficaciꝰ ab om̃i subiectiõe libera ĩ regno
ꝓprio feliciꝰ iocundatur Dicto q̄ ibi est ve
rus honor in illiꝰ amoris vnione repositus
in quo est totiꝰ subiectiõis ꝓuatio. Dicẽdũ
quomõ ratio in ĩpo inuenit veritatẽ.sꝫ quia
p̄sentis speculatiõis est q̄ vera illuminatio
ex amore relinquitᷣ.ideo dicendũ est quomõ
volũtas in ĩpo ⁊ nõ in alio ꝑfectissime satie/
tur.cũ ad ipsiꝰ ꝑtigerit in p̃ñti existẽs viatrix
beatissimã vnionẽ.tamẽ sicut diffusiꝰ dicetᷣ
postea cũ mẽs ĩ seipã ignobiliori nõ deseat

ſibi cõſolatio vel delectatio terrena nõ ſuffi
cit. licet in ipſis quãdoq͂ ꝯtra ſua naturalia
lamentabilit̃ occupet̃. Et hoc. quia oĩe de/
lectabile ſi veꝝ eſt quietat deſideriũ ſiue ten
dentiã appetentẽ. ſed oĩe terrenũ quãtũcũ/
q͂ ſuauiꝰ eſtimari valeat appetitũ reliquit fa
melicũ. ⁊ niſi forſan ad horã totaliter inqui
etũ vt apparet ſenſibiliter in omnibꝫ. ġ i mũ/
danis oblectatiõibꝫ nunq͂ appetitꝰ tendẽtia
ꝯquieſcit. Quidnã ġ mens p̃dicta faciet.
Unũ. ſ. ſolũ reſtat. vt ad ipiꝰ p̃ſentialẽ vnio/
nem acceleret quẽ ſolũ ſeipã meliorẽ inuenit.
qui ſolꝰ habet theſauꝝ iocũditatis in ſeipſo
abſconditũ. quẽ cũ quis ꝑ expimentalẽ no/
ticiã inuenit. vadit ⁊ vẽdit oĩa p̄ gaudio. ⁊
emit agrũ illũ. Ager eñ dicit̃ amoris vniti
ui planicies. in q̄ mens currit ꝑ ignota deſi/
deria pedibꝫ affectionũ fulcita. in quo the/
ſaurꝰ abſconditꝰ inuenit̃. quãdo ꝑ amorꝫ ex
ercitia ille qui eſt v̾a iocũditas ꝑ ſpiritualeꝫ
noticiã vel enceniũ aliquod ſpũale p̃ſens eẽ
ſenſibiliter cõprobat̃. ꝑ cuiꝰ amore adepto
mens hilarit̃ cetera oĩa vilipẽdit. cũ quis
vel qualis ſit ille quẽ diligit in affectu perce
pit. cũ ſe ſupra ſe ad ipm directe extẽdit dile/
cti dextera ſubleuatꝰ vt ea que p̄ꝰ audierat
veriꝰ q͂ illa que ſenſibiliter cõſpicit manife/
ſtius cõprobent̃. nõ immerito ꝓpter hoc dicẽ
ſermo dauiticꝰ. Melior eſt dies vna i atrijs
tuis ſup milia. q̄a dũ ꝑ atria planiciei amo/
ris mens aſpirãdo ꝑcurrit celeriter plꝰ ſen/
tit in vna die de mẽtali leticia q͂ in milibꝫ di
erũ valeat in variaꝝ reꝝ ineptis oblectatiõi
bus expiri. ⁊ diẽ in atrio nominat. q꞉ mens
dũ nõ ꝑ iſtã planiciẽ ꝑcurrit ſciat ſe mľtipli/
ci obtenebrante caligine obfuſcari

Equit̃ de obiecto rõnali qđ etiã veri
ſ tas dicit̃. Iſta eñ veritas rationali
ſpiritui reſpõdens nõ in v̾itate crea
ta ꝯſpicit̃. q꞉ oĩs veritas a falſitate. a dece
ptione. ab opinione eſt penitꝰ elongata. ⁊ nõ
ibi de veritate increata fit mẽtio. ſed de crea
tã hic loquit̃. q꞉ ꝓpter hoc ꝙ veritas ignorat̃
ideo accõmodat̃ falſitas. ideo ſequit̃ d̃ceptõ
ideo multiplicat̃ opinio. Et hoc eſt. q꞉ veri/
tas occulta nõ poteſt cognoſci niſi in lumi/
ne deſup radiãte. ſcꝫ quo abſcõdita diuina i
telligimꝰ tanq͂ mediãte lumine ſicut mate/
riali lumĩe dirigẽte viſualẽ radiũ ad obiectũ
ſenſu exteriori corꝑalia ſenſibilia indecepti/
biliter capiunt̃. Si ergo lumẽ diuinũ defi
ciat iam creata veritas in mendaciũ ꝯuerte

tur. nõ ꝓpter defectũ ipiꝰ ſed ꝓpter vel rema/
nentẽ cecutiẽtis mẽtis obfuſcatiõem vel i ſe
ꝑcipe intelligibilis veritatꝫ radiũ nõ valẽtẽ
Cũ ġ ſm ꝙ ſenſibiliter videmꝰ quaſi oĩs ve/
ritas ſit maxime de diuis (niſi illa quibꝫ ꝑ fi
dem acquieſcimꝰ) in dubitatõem vel opini/
onẽ cõuerſa. iam nõ pure ꝑ humanã doctri
nã veritatẽ mens rõnalis apprehẽdit. Ut ġ
inueniat veritatẽ. ad amorꝫ vnionẽ ꝓperet. ⁊
verius q͂ corpꝰ ꝑ materiale vinculũ vľ arti/
ficiale glutinũ vel incaſtraturã labore opa/
toris induſtrĳ corꝑi alĳ cõiungat̃. mens ꝑ
amoris oſculũ vnit̃ illi (ſm diuinũ aplm)
qui lucẽ inhabitat inacceſſibilẽ. ⁊ tũc ſibi di
lectũ ſuũ timore filiali timẽti pariter ⁊ amã/
ti ꝓmiſſionẽ diuini ꝓphete Malachie ꝯſeq̄/
tur dicẽtiſ. Uobis timẽtibꝫ no. me. orief ſol
iuſticie. tũc diuinã miſericordiã ſupradictã
miſericordit̃ cõſequet̃. Accedite ad eũ ⁊ illu
minami. Cuiꝰ reddit in ſeptimo diuinoruꝫ
nominũ dyoniſiꝰ rõnem. Quia qñ mens cir
ca illa que ſunt create veritatis ad diſcẽda i/
mergit affectũ finalit̃. nõ vnit̃ illi vt ſuo ſplẽ
dore mľtiplici decoret̃. qui facit ſolẽ ſuũ ori
ri ſup bonos ⁊ malos. ſic dicẽs. qñ mens ab
oĩbꝫ alĳs recedẽs. ſeipm poſtea dimittẽs.
vnita eſt ſupſplendẽtibꝫ radĳs. ꝓfunde ⁊ i/
ꝑſcrutabili ſapiẽ illuminata. Unde p̄ꝰ di/
cit vnitaq͂ inſcrutabili ſapiẽtie illumĩata vt
oĩ mẽti inſinuet ꝙ nõ niſi mediãte vnione
amoris mentẽ ſummo ⁊ inacceſſibili caligã
tis veritas quo ad ꝓfunda ⁊ iſcrutabilia pe
nitus cognoſcat̃

Equit̃ vltimo. ſ. de ꝑfectu mẽtis di/
ſ ligẽtis ꝑ amore dilecti ad maiora ſe
extẽdere diligẽtis vel cupiẽtis. Nõ
eñ ſicut humani phi q̄ illa q̄ quoq̄modo ca
pere poterãt intellectu. faſtu ſupbie inflati.
attribuere ꝯtempſerũt illi fontali principio
a quo in mentibꝫ oĩm rationaliũ ſpirituum
oĩs veritatꝫ radiꝰ emanauit. ſꝫ ecõtrario
inquantũ ſenſibilibꝫ mens maiori d̃ſiderio
inardeſcit. q꞉ ꝑ verã ſapiam mẽs edocta ſcit
ſe ꝑ ſui merita que ipã poſſidꝫ nullatenꝰ poſ
ſe obtinere. in gratiaꝝ laudibꝫ collatori om
niũ ſe diffundit. vt inq̄ntũ ab ipo ampliora
recepit. in tãto ſe humiliorẽ i ſuis ocuľ ſe re/
putãdo abĳciat. vt nõ furti diuino iudicio
arguatur. vt ea in quibꝫ nihil habet ſibi tri/
buendo ꝓprĳ animi elatõne inaneſcat. Iſta
ergo ſunt duo brachia q̄bꝫ mediantibꝫ mẽ/
tis ſurſum actio affectuũ multiplicatũ rapit

incrementū. qꝛ ab vna pte seipam disponē/do pparat. ab alia pte diuinā influentiā p/uocando ipi⁹ dono gratuito puenire ad maiora ꝛ copiosiora pmia pmereꝛ. In hoc em̄ q ipa que habet nō sibi attribuit sed oīa redigit ad laudē omniū largitoris cōcauitatem in se exarat cōtra seipm̄ verꝰ ꝑpugnando. qua pluuia diuinaꝝ gratiaꝝ exuberans mōtes ꝛ colles trāsiliens. locis humilioribꝫ se infundit. vt q̄to maioris humilitatꝭ fuerit cōcauitas. intāto amplioris grē susceptibilis habeaꝛ. ꝛ hoc. qꝛ oīs creatura inq̄ntū suū recognoscit pncipiū seipaꝫ annihilat. vt que de nihilo creata est. intāto plꝰ recognoscit magnificentiā creatoris. cū ipi soli esse ꝛ oē bonū attribuat. iam nō immerito dicitur. Deꝰ supbis resistit humilibꝫ aūt dat grām. Aliud aūt est brachiū etiā a pte dextre q̄ iuuanꝛ mētis desideria vt ardentiꝰ solito mens in ipiꝰ exercitijs exerceaꝛ. quia duꝫ p amoris vnionē aīa sentit que dei sunt, p rumpit in laudē ipsiꝰ multimodā. que laus sup oīa exceptis amoris exercitijs ad cōferendū collaudāti ad maiora puocat largientē. dū in psona taliū collaudantiū dic̄ Johānes in Apoc̄. Benedictio claritas ꝛ sapientia ꝛ grāꝝactio ꝛc̄. Unde frequēs beneficioꝝ cogitatio est quasi q̄dā tuba intonans in auribꝫ dilecti vt sibi ampliora cōdonenꝛ. Ista em̄ beneficioꝝ diuinoꝝ frequēs meditatio stimulat ipm̄ vt se totaliter diffundat in ardentioribꝫ obsequijs affluētissimi creatoris. Unde Dauid in psona taliū dic̄. In meditatōe mea exardescet ꝛc̄. qꝛ dū diuia beneficia meditādo recogitat intm̄ ad amplectenda maiora p amore cōferentis animus inardescit.

Dicto de hispter que vnitiua debet ab oī rōnali spiritu cōcupisci. ꝛ p cōsequēs illa in q̄bꝫ ipa sapiētia determinata diffusiꝰ ptineꝛ. pn̄tis intētionis est īquirere quō vnitiua ꝛ mystica sapiētia valeat obtineri. tria pncipaliter in hoc ope ostedētes Primo de sapiētia ipa in generali fm̄ q alternatim duplex intellectꝰ theorice ī scripturis cōscribiꝛ. Secūdo de mystica theologia quantū ad sui pparatiōem. id est. de remouēdis obstaculis vt pus inuia in subsequēti planissima habeaꝛ. Tertio de vnitiua sapiētia in seipa cōsiderata. Dicto q ratō naturalis spūs nisi summo bono inhereat. nō potest in alio aliquo q̄etari. Dicendū est de industrijs p quas amor ardentiꝰ incitaꝛ ꝛ iuuaꝛ vnitiuū desideriū ad hoc q dilectus ipm̄ erigēdo. oculo respiciat pietatis. ꝛ h̄ intelligiꝛ p hoc qd̄ dicit postea. Inspectrix diuine sapiētie. Ad quā notādū cū bona assuefactio sit hoīs ardui possessi īitiale pncipiuꝫ q̄ttuor ibi de necessitate cōcurrūt. ad hoc q pfecte respiciaꝛ diuiniꝰ. ꝛ vnitiuā desiderātissimā ꝯsequaꝛ. quoꝝ vnū est interiꝰ in mēte. secundū a corpe. tertiū a loco. quartū a tpe

Primo em̄ sicut videmꝰ q q̄n sol fulget ī virtute sua in meridie reuerberanꝛ oculi a solaribꝫ radijs ꝛ etiā obfuscanꝛ. iō necesse ē ad h̄ q fontē solis directe aspiciat vti q̄daꝫ ordie. Prio videlicet claꝝ aliq̄d aspicere vꝛ etiā ipm̄ solē in ortu cōsurgētis aurore. deinde ipm̄ circa horā tertiā. postea etiā p assuefactionē ipm̄ poterit in meridie videre. sic mens postq̄ iā oīa terrena dimisit. postq̄ etiā a gaudijs mūdanis se penitꝰ seq̄strauit. tm̄ est inuoluta multiplici obtēperāte caligine. que adhuc nō pmittit ferri ipm̄ expeditis motibꝫ ī obiectū. Sibi ḡ necessaria est industria. qꝛ nemo repēte fit summꝰ. vt siue habeat deuotiōeꝫ siue nō. siue sentiat se calidū vel frigidū. tm̄ vt postea plixiꝰ diceꝛ. pulset ad ostiū diuie bonitatꝭ affluentissimā misericordiā obsecrādo. vt illū dilectū p amorē estuātē sentiat. q̄ ipam creauit ad suā imaginē ad sibi soli amorꝭ obseq̄a impēdenda. nō ḡ a suo ꝑprio ꝓposito desistat. sꝫ tm̄ pulset fm̄ sue puitatꝭ modulū donec p q̄etē amorꝭ vocē dilecti suauiꝰ audiat ꝯsolātē. Ecce ego ipe sum. vt habeꝛ in Jo. Et h̄ est qd̄ dt̄ beatꝰ Dyoni. in d̄ diuinis no. Scd̄a industria est. vt cū in pncipio mltū elongatū ab ardore vnitiui amorꝭ se sentiat p quē dꝫ dilecto ꝯiūgi. (qꝛ h̄ est supra mortalꝭ hoīs facultatē q miser ꝛ distās tāti amorꝭ vnionē appetat) necesse ē vt illos q̄ in epytalamio cū ipo letātur ī glīa totꝭ visceribꝫ orādo incliner vt illū q̄ iā nō ipm̄ amāt sꝫ ardēt in ipo totaliter p ipoꝝ supplicatōꝫ scintillā ardoris existēs in miseria recipe mereaꝛ. nō ardorē ipoꝝ desiderās sed d̄ micis q̄ cadūt de mēsa dn̄i ad instar catuli desiderat satiari. ꝛ marie cuꝫ ista duo dederit fm̄ psalmiste ꝯsiliū dicētis. Leuaui oculos meos ī mōtes ꝛc̄. statim subdit Unde veniat auxiliū mihi. cū Job ꝯsilium obliuioni nō dederit. ꝛ ad aliquē sctōꝝ ꝯuertere. qꝛ licꝫ tāq̄ regales ꝯsortes oēs mētes āglice ꝛ sc̄e excellētiores sint attētiōe pcipua

exorandi. tamē vnū speciale habeat cui pci/
puum impēdat obsequiū. vt cū semp nō pos/
sit ad diuina intēdere illos suos defect⁹ im/
pleat q̄ in celesti gloria ipsi⁹ semp astat aspe/
ctibus. qui videt eū reuelata facie. quem ipe
laudat incessanti iubilo. h⁹ p suffragia amo
rem cōsequi desiderans qui q̄ntū etiā de se
vix est dign⁹ ad plantā pedis dilecti sui ocu
lum eleuare. S₃ quia ibi dictū est q mētes
angelice ⁊ sancti beati in gl'ia sunt precipue
depcādi cū illa felix ciuitas ex hominibus
ɔstat ⁊ angelis. ipos angelos reuereri non
negligat s₃ vocē audiat Raphaelis loquen
tis p Tobia adhuc calliganti dicētis. Ego
obtuli orōem tuā dño. hoc sibi dicens in p/
sona aīme ascēdere cupiētis. Hi sunt enim
expeditissimi panymphi q̄ mentiū pias af/
fectiones dilecto offerūt vt suis miseratiōi/
bus de sua naturali bonitate immutabili
ter inclusis defectū supplere debeāt. Hi sūt
qui nobis tot insignia impendūt obsequia
qui nostre beatissime redemptiōis in incar
natiōe verbi mediatores pacifici extiterunt
qui nobis pacē de celo redditā nunciauerūt.
creatoris ⁊ creature iā pace reformata p vi
te pncipem dñm nostrū Jesum xp̄m ipm p
nobis collaudādo. gratias reddēdo. solen/
niter beata gaudia humano generi redden
do. siue nūciandi iocūdi nuncij affuerunt. ⁊
suū angelū a diuina bonitate a sua primor/
diali origine ad sui custodiā deputatū reue
reatur. depcando attenti⁹ vt ipe paup attin
gere valeat p amorē illū in cui⁹ amplexibus
ipse absorpt⁹ luce inaccessibili felice beatitu
dine iocundat᷑. vt audire valeat illud quod
Danieli pphete in psona anime diligētis di/
citur ab eodē. q̄ vir desideriorū es tu. Quid
eñ poterim⁹ illi beatissimo cōductori ⁊ cō/
solatori nostro respōdere q̄ tam dulciter ad
monet vt creatori suo pfecte etiā aīma inhe
reat. si in charitate debilis. si abscisa p pecca
tum est ab ipo. q ad fontē vite mortua iam
aīma reuertat᷑. q̄ mentē pfectā tot splendori
bus ea q̄ ipe pcipit ipi obijciens multis mo/
dis irradiat. suis excitatiōibꝫ accēdit. suo cō
sortio magna leticia iocundat᷑. ⁊ maxime cū
fm suā paruitatē mens facta est cōformior.
cū idem sape desiderat in quo ille totalit᷑ ab
sorbetur. Tūc eñ facilis est transit⁹ vt mēs
ea que sibi angel⁹ obijcit recipiat quādo nō
tm̄ in natura sed etiā in gratia est proporti/
onabilis ɔuenientia. quādo est eiusdē amo
ris affinitas. licet vnus minus alio radicet᷑
Et sicut est impossibile arenā maris et stel/
las celi ab homie enūerari. sic sunt ipsi⁹ bñfi
cia circa nos infinita. Ipe eñ est orantibus
assistens. eūtes cōcomitās. dormiētes ptē/
gens ⁊ defendēs.

Equit᷑ de tertia industria que est in
s mō quo ad corp⁹ quantū ad orātes
in vnitiuis desiderijs existēdi. ⁊ tamē
modū multiplicē orādi nobis exp̄ssum i sa/
cra pagina videam⁹. Prim⁹ in Moyse q̄
erect⁹ in corpe manus extētas ad celū erige
bat. Secūd⁹ Salomonis in li. ij. Para/
lip. vt qui genibꝫ flexis faciē suā versam ad
terrā man⁹ ad celū dirigebat Terti⁹ est in
nouo testamēto in beata Magdalena que
pstrata ad terrā in faciē beatos pedes beni
gni redemptoris lachrimis rigauit Quar
tus i sedēdo quē habem⁹ in Joh. ab ipa ma
gdalena dū ipa sedebat ad pedes dñi in silē
tio plus orās interi⁹ in desiderio cordis q̄ i
labijs oris exteri⁹ Quint⁹ a dño iesu xp̄o
qui prēm vt ab eo calix passionis si possibi
le esset trāsiret exorauit. Sextus i cruce
quādo manibꝫ extentis et ect⁹ corpe pr̄i spi/
ritum cōmendauit Septimus ab aplis
Jesum ad patrē ascendentē desiderio reuer
tendi ad ipsos in corpe erecti facie versa ad
celū orabāt interi⁹. Cū ergo fm diuersas af
fectiones vel cogitatiōes diuersus mod⁹ re
periat᷑ ab orātibꝫ oportun⁹. tamē in ista spe/
cialiter necesse est q corpus totaliter sit ere
ctum ⁊ facies versa ad celū superi⁹. quia fm
dispositionē actōis spiritui respondentē for
matur. Unde si mens quādo se extēdit i ar
dore motuū. vnionē dilecti desiderās. faci/
em versus terrā inclinaret. impediret᷑ actua
lis tendētia. vel in pte maxima cessaret. cum
ipm desiderādo appetat qui est supra ipsum
ineffabiliter collocat⁹. fm beatū Dyonisiū si
bi in mystica theologia desiderata gaudia p
mittēdo dicētē. sursū agere ad illuꝫ q̄ est sup
oēm subaꝫ ⁊ cognitōeꝫ. Vñ vl' corpe totalit᷑
erect⁹ stādo vl' genibꝫ flexis necesse ē mētē p
modos anagogicos ɔsurgere rōe ɔueniētie
sic dictū ē. fm q etiā videm⁹ in illis q̄ d̄ aliq̄
materia cogitāt subtili⁹ se pfundādo. vl' etiā
in his q̄ loquūt᷑ de arduis ē necessaria cor/
poris dispositio. vt sp se iteriorib⁹ qđ ē exteri⁹
ɔfiguret. tamē in meditādo vel flēdo p pec/
catis pt ibi eē alia dispositō corpal'. vt ad sili
tudinē publicani frā respiciat inferi⁹. q̄ suū

benignū redemptorē cōtra se ad iracundiā
puocauit. Et siī'r ꝺm alia spūalia exercitia
meditādo vl' cogitādo pt eē dispositō alia ⁊
alia. Talis in anagogica actione necessaria
est dispositio que dicta est superi⁹. qꝛ cuȝ ar
dendo afficit̄ vnionē desiderās loquit̄ ad cuȝ
sic attēte ⁊ veluti si eū videret facie ad facieȝ
Cū ergo licet sit vbiqȝ. tamē vt est in celo di
rigat̄ amātis eloquiuȝ. Cū ergo loquat̄ ad
eū quē in celis adorat. superi⁹ est necesse fa
ciem cōuertere. cū ibi eū desiderādo puocet
in ipm totaliter trāsformari. Dicto de i
dustria. que est i dispositōe corpis ad hoc vt
citi⁹ respiciat̄ ab illo cui solū placere ꝯcupi
scit. Dicendū est de quarta industria que est
ratiōe tpis. Sicut em̄ videm⁹ in necessitu
dine corpis ꝙ esca sibi cōpetēs semel vl' bis
in die tpe suo ꝓpinat̄. sic aīa q̄ in amore vi
uere desiderat. hora debita ⁊ tpe ꝯgruo lum
bos suos accingēdo se ꝑparet. ⁊ tps oratiōi
cōstituat. vt mens pane ⁊ vino in tali amore
refecta. quotidiano ꝯuiuio nō priuet̄. cū m'l
to nobili⁹. multo suaui⁹ ab amāte illud iue
niat̄ ꝯuiuiū q̄z i pastu corpis carnis refectō
sentiat̄. nō ei dignū est vt dn̄a mellisflui amo
ris prandij lāguescat inedia ⁊ garrule famu
le hora debita ⁊ tpe oportuno carnale desi
deriū impleat̄. Et ꝙ talis sit tpis oportuni
tas manifestū est. qꝛ sicut et frequēti h nāge
re relinquit̄ habit⁹ in aīa sic cū mens elege
rit tps orōni maxime de nocte specialit' de
putatū. ꝺm illud dauiticū ꝓpheticuȝ. Et nox
illuminatio mea in delitijs meis. quedā affa
bilis cōplacētia in mēte remanet. vt sp suū
exercitiū illa hora impleat in q̄ se ad deū di
rigere ꝯsueuit. ⁊ si etiā qn̄qȝ distat vt nō i ho
ra assueta ꝓpter aliqđ aliud impedimētum
mēs se in orōne extēdat. a seipa arguit̄. et nō
modicū qn̄qȝ affligit̄. si p causa min⁹ hone
sta remaneat. qꝛ iā hora ptransijt in q̄ mens
dilecto inherere ꝯsueuerat. sibi firmā amorꝭ
refectionē ministrāti. ⁊ spūalis leticie odori
fera pocula ꝓpināti. Si aūt de hora cōpetē
ti sit questio q̄ mens diuinis laudibꝫ se extē
dat. audi dn̄m ꝑ ꝓpham loquentem. In die
mādauit dn̄s misicordiā suā ⁊ nocte cāticū
ei⁹ qđ maxie orō. qꝛ tūc min⁹ videt̄ ab oībꝫ
hoībꝫ. qꝛ tūc quasi oīa silēt tumultuantia.
maxime qꝛ tūc dormit popul⁹ christian⁹. cu
ius ratiōe charitatꝭ causam debet assumere
nō tm̄ affiniū sed oīm filiorꝫ baptismatis vt
ipe tūc vigilet viscerosis oratiōibꝫ ꝓtegēdo.
vt leo circuiens querēs quē deuoret in ipsis
nō ꝑualeat quos pr̄ omniū viuentiū imagi
ni filij sui ꝯformauit. Tūc em̄ ad amplexuȝ
dn̄i sui iardescēs cōsurgere. sta puigil custos
qui de nocte p q̄libet vt pater su⁹ seipum im
molauit bestiā viuentē. Sequit̄ de quin
ta industria q̄ est ratiōe loci. Cū em̄ antiqu⁹
seductor p piū laboris initiū. ⁊ p altos effe
ctus videat ꝙ mēs a sui dominio totalit' vo
lens recedere aspirās ad regnū. multo no
bilius sub alis dilecti desiderās ptegi. ad e⁹
dominiū se trāsferri ei⁹ felicitati inuidēs tē
ptando circuit. vt quē sub specie aperte mali
cie nō potest decipe sub specie boni. suspirā
tē ad alta miserabilit' decipiat. sic ei obuīcies.
Ueritas in euāgelio suos discipulos āmo
net. Luceat lux vestra corā hoībꝫ vt videāt
opa vestra bona ⁊ glorificēt prēm v. q̄ i celis
est. Tu ḡ debes in loco publico ⁊ apto insi
stere oratiōi vt alij simpliciores p tuū exem
plū manuductiue supi⁹ attrahant̄ iusticia ⁊
sanctitate. nō solū tuū ꝑfectū ꝓpriū desiderēs
sꝫ p te multitudo nō modica ad cōsimile ti
bi spūale exercitiū multo pl⁹ exēplo vite q̄m
ꝟbo doctrine eminenti⁹ puocet̄. Ideo loc⁹
occult⁹ requirat̄ vt ex illo p qđ debet cōseq̄
vnitiui amoris gl'iam p obmissionē circum
stātie nō incidat in ruinā. nō tm̄ ꝓpriā sentē
tiā sꝫ creatoris sui audiat in euāgelio fideli
ter edocentē. Cū oraueris intra cubiculuȝ
tuū ⁊ clauso ostio ora patrē tuū qui est in cel'
qꝛ licꝫ p modicū tpis ab hoste maligno orās
in publico. pacifice relinquat̄. vt ipi⁹ p̄dicta
ammonitio i corde orātis radicet̄ amabili⁹
tn̄ postea timeat ne orōem suā ponat in ore
hominū ⁊ tanq̄ meliorē se alijs reputās vl'
sanctū se iudicās. sic interi⁹ manescat. vt si
bi dicat̄ a dn̄o. Tu vero odisti disciplinam
meā. euāgelij cōsiliū nō tenendo. ⁊ proiecisti
sermones meos retrorsum. scꝫ multipliciuȝ
cōsolationū attēte orantiū quibꝫ sol⁹ deus i
mēte tanq̄ ipis loquēs se p̄sentē annunciat
vt vnde cōsurgēdo superi⁹ collatori respon
dere debuerat gratiaꝝ actiōes multimodas
p beneficio nō suis meritis sꝫ gratis exhibi
to. retrorsum ꝓijciat se ad fauorē humanuȝ
in laude hominū prosternendo. Et licꝫ hec
industria ꝓpter instantia ⁊ multimoda peri
cula attēte ab omnibꝫ obseruari debeat. ta
men nou⁹ amās de nouo cōsurgere cupiēs
cū mag̃ cautela custodiat cū adhuc habeat
arūdineū amorē qꝛ m'tū p'siue ma'gis[illegible]

ĩminꝫ ei q̄ illi q̄ i duello spūali diuti⁹ se exer
cēs tā q̄ clipeo amorꝭ iā ꝓtecti⁹ iā aptꝭ ocul
cognoscēs machinatiōes hostiles veluti ex/
pert⁹ miles de inimico ꝑsecutore nouit saga
cius triūphare. qꝛ tūc securi⁹ pōt se aliīs ōn
dere q̄ pōdere amorꝭ cor suū interi⁹ in dño ꝓ
tectore benigno nō sine multis laboribꝫ col
locauit. Dicto de q̄nta industria qua di/
uinā amās inspectiōē occasionalit̄ ꝓmeret̄.
Dicēdū est de alia q̄ est ex multiplicatōe spū
aliū. qꝛ ſm ꝙ videm⁹ in materiali refectione
aīaliū corpoꝝ si aliq̄d ceterꝭ magꝭ delectabi
le ad vescēdū ꝯtinue ꝓpinet̄ cū ex eiusdē cōti
nua ꝛ diuturniori replicatiōe gust⁹ sensibi/
lis fatiget̄ nouoꝝ alioꝝ refectiōē appetēs. li/
cet ꝓmū suaui⁹ q̄ntū in se est ab oībꝫ iudicet̄.
ꝛ q̄n pl⁹ recentiū epulaꝝ supuenerit copiosi
or multitudo. satiabili⁹ q̄ in vno reficitur ꝛ
pl⁹ interi⁹ ingerūt̄. sic mens si horā quā sibi
ad diuīa colloq̄a dedicauit totalit̄ in extēsi/
uis siue excessiuis motibꝫ aspirās ad sponsi
vnionē expēderet. ꝓpt̄ fatigatōē corpis nō su
stineret spūs. cū sic dictū est ex amorꝭ īportu
na tēdentia nō modica afflictio imo maxia
capiti ꝛ pectori q̄bꝫ ampli⁹ spūs radicat̄. ꝛ ꝑ
ꝯsequēs mēbris aliīs corpis īgerat̄. iō epu/
las recētes sibi multiplicet. ꝛ maxīe circa ta
vnū ꝑcipuū ꝛ ꝑclaꝝ. ꝛ duo alia adiacētia co/
mitent̄ ꝑncipale sit deuotissima orō ꝛ casti
sima affectio q̄ spōso ꝓpter seipm̄ vniri desi/
derat. Sꝫ ad h̄ ꝓmū principiū maxīe incipi
entibꝫ sit cogitatio de passiōe dñica necessa/
ria. quō ꝓ pctis nr̄is radicit⁹ extirpādis rex
glīosus seipm̄ obtulit. intm̄ ꝓ nob̄ deo prī
obediēs vt morte crudelissima dānaretur.
ita vt a plāta pedis vsq̄ ad verticē nō fuerit
in eo sanitas. ꝛ nō esset ps q̄ nō sanguine sa
cratissimo respsa vniuersꝭ aspiciētibꝫ appare/
ret. Vñ cogitatio de carne ē ad ingrediēdū
ad diuinitatē amorꝭ interi⁹ latitātꝭ ianua. et
in signū illi⁹ lat⁹ suū sacratissimū ferro lācee
apiri voluit. vt nō nisi ꝑ plagas illi⁹ mens ī
diuinitatꝭ intimis radicet̄. qꝛ ſm ꝙ dicetur
alibi. cogitatio de passiōe ꝛ refectio in eadē
dignitati aīe non sufficit. sꝫ solū ille q̄ carnis
velamie seipm̄ ab humanis aspectibꝫ abscō
debat. Ideo diuin⁹ apl̄s ammonet oēm ani
mā sup se cōsurgere aspirantē. Christo inq̄t
semel in carne passo ꝛ vos eadē cogitatōe ar
mamini. qꝛ iā m̄tū diuinitati beatissime ap
propinquat q̄ humanitati ipi vnite ꝑ cōpas
siōnē imitatricē passionis ꝯtractādo tā pre
ciosa vulnera interi⁹ cōformat̄. ꝙ tūc sine ali
quo retinaculo cogitationū de carnis passi
one poterit dimittere. quia iā finē in ꝓtea ꝑ/
secutus solū in ipo intim⁹ desiderat radica
ri. ꝑ cui⁹ obtētu de plagꝭ osharīs cogitabat
illud est exercēq principiū spēale. Sequit̄ d
tertio subseqnēte. s. quo nō modicū diuinaꝫ
misericordiā siue respectiōē misericordit̄ ꝓ/
uocabit. h̄ est alioꝝ pctōꝝ expositoꝝ hostibꝫ
in peccatꝭ obdormitorū in scelibꝫ. in delitiīs
mortuoꝝ cōpassio. In h̄ eñ apparet filial̄ et
amorosa dilectio q̄n illis cōpatiēdo q̄ ad pa
tris sui imaginē creati sunt vt illū imitātes
in vita regnēt sancti in glīa. videat sic mise/
rabiliter alios laceratos. ꝛ alios sic exceca/
tos recognoscat. vt vix vnic⁹ maxime d ad/
ultis inter centū inueniri valeat q̄ illū vide
re in glīa mereat̄. in quē desiderāt angeli ꝓ/
spicere. cū sibi illud decretū obstupescēdū
ediderit. q̄ mihi ministrat me sequat̄. qꝛ quī
cūq̄ viuēs homo sedulū famulatū ꝑstiterit
siue altissimo in bonis siue dyabolo in pec/
catis. iusto dei iudicio post recessū aīe a cor
pore illi⁹ gloriosis vl̄ miserabilibꝫ agminibꝫ
cōiunget̄ cui⁹ cōplebat dū viueret volūtatē.
Si ḡ materiali gladio videā aliquē corpa/
liter iugulari vl̄ ꝑforari. vel cuiuscūq̄ potē
tioribꝫ pedibꝫ suffocari. naturali affectu mi
sericipi⁹ cōpatior. Quō ḡ mēs se dicat ꝑfec
amare rōnaliū spirituū. cū tot filios sua insi
gnitos imagine videat crudelissimoꝝ hosti
stiū pedibꝫ suffocari ꝛ ūluceos introducere
vbi oēs gutte aquaꝝ ꝛ folia arboꝝ citi⁹ cer/
to numero redderent̄. q̄ desistāt lamētabilit̄
ꝓclamare illa v̄ba q̄ dñs sibi ꝑ Job virū di
uinū ꝑdixerat. Pereat dies in qua nat⁹ sum
ꝛ nox in qua dictū est. ꝯcept⁹ est hō. ꝛ postea
imediate. Cur except⁹ genibꝫ. cur lactat⁹ vbe
ribus. cur egressus de vtero nō statim periī.
Rationē hui⁹ rei duplicē reddit sibi diuin⁹
ꝓpheta. Prima erit ex mirabili cruciatu in q̄
corp⁹ ꝛ anima q̄ diu de⁹ erit in gloria intimē
punient̄. qꝛ pariter deliquerūt. Dicit Isa. vlt.
Vermis eoꝝ nō morietur. ꝛ ignis eoꝝ non ex
tinguet̄. qꝛ vermis est remorsus cōsciētie q̄
penam doloris sensibilē. ꝛ penā damni icur
rere meruit. in eternū dolens de perpetra/
tis in seculo. que iā non prosunt. sed singu/
lariter dolorem incutiunt. ſm ꝙ de talibus
dominus in libro Sapientie protestatur.
Quid nobis profuit supbia ꝛc̄. Sꝫ ꝛ penā
dāni ꝯminat̄ altissimus ꝑ Isa ꝓbaꝫ dicēs

Tollaꝭ impiꝰ ne videat gloriā dei. Et bene
ipm vocat impiū. qꝛ solꝰ amor mentē in pro
pria pietate facit vitā deducere. quo verus
cultor creatoꝝ ꝓprio exhibeꝭ Digno ergo di
iudicio a beatissima fruitiōe illiꝰ separando
tolliꝭ. qui dū vixit in corpe nō se sic ꝓparan/
do disposuit vt bonitati increate amoꝝ vin
culo cōiungereꝭ. Tūc eñ vere tolliꝭ quādo
moriēs i tenebris a felici diuisiōe diuie pul/
critudinis peccatꝭ suis exigētibꝫ separatur.
Et hoc est qḋ sequitur. ne videat gloriā dei.
Qui vita brutali vixit in terris nō esset iustū
iudiciū ꝙ vita angelica in cognitiōe veritatꝭ
eterne ⁊ amore beatitudinis increate in qui
bus cōsistit glā in celis iubilās ꝑfruaꝭ. quō
ergo iā hilaris apparebit q̄ tot patris sui be/
nignissimos filios vidit in tā inestimatꝭ do
loribꝫ cruciari. Ideo dicebat diuinꝰ aposto
lus ad Chor. Sollicitꝰ nō ꝓ vno tm̄ sed ꝓ
oīm cōgregatiōe fideliū. Quis eñ infirma
tur ⁊ ego nō infirmor. qs scandalisaꝭ et ego
nō vror. Quia mēbrū viuū ⁊ efficax. ⁊ vnitū
xp̄o capiti nō videꝭ. qui dolores cōmembro
rū suoꝝ ⁊ eoꝝ vulnera insanabilia nō ꝑsen/
tit. Hec ꝫ diuina industria nō modicū cele/
stē ad se inclinās clementiā. vt sapiētia oriēs
ex alto inferiꝰ ꝓfundaꝭ. q̄ ad hoc totꝭ tā obse
crationibꝫ q̄ꝫ piis affectiōibꝫ cōpassione lini
tis. tā verbis ignitis in p̄dicatiōe ad ꝑplum l
oībꝫ laborās attētiꝰ vt diuina maiestas i
immissiōe sapiētie ⁊ doctrine vel fidei sic mi
sericorditer inclineꝭ vt omnis creatura ꝓ q̄
p̄nceps glīe in terris dignatꝰ est apparere q̄
cūꝫ sit ab oriēte in occidentē. ab aquilone i
septētrionē xp̄ianꝰ iudeꝰ vel gentilis sic ad
verā cognitiōꝫ veritatis ꝑtingat. vt illiꝰ felici
ꝯsortio nō p̄ueꝭ. q̄ nō ꝓ vno tm̄ sꝫ ꝓ omnibꝫ
seipm in ara crucis impciabile p̄ciū ꝯdona
uit. ⁊ illiꝰ beata visiōe nō careat. ad quē solū
ꝯtemplādū ⁊ amandū creata est. vt ⁊ mens
patrē benignū dñm nostꝝ Jhm xp̄m secta/
ri desiderās supportet piis oratiōibꝫ attētis
⁊ accēsis pctā omniū viuentiū vt illi confor
meꝭ qui ouē ꝑditā in ouile claritatis eterne
portās in ꝓpriis humeris prī suo restaura/
uit. Nō eñ diuinꝰ ꝓpheta Hiere. fuit tanq̄ꝫ
membꝝ mortuū sꝫ viuū ⁊ efficax. qui vidēs
suū populū a rege neq̄ssimo tā atrociter suf
focari dicebat. Quis dabit capiti meo aq̄m
⁊ oculis meis fontē lachrymaꝝ. vt plorē su
per interfectos ꝑplī mei die ac nocte. Habu
chodonosor e. n. o. y. a. solū. babylon cōfusio/
nem tartareā. Hieremias aiam deo vnitaꝫ
ꝑ amorē ꝓpriissime signat. Sic eñ moyses
q̄ solꝰ vir fuit. licet esset mitis in gēte sua ⁊ ce
teris māsuetior appareret. manꝰ suas leuās
ad celū oratiōis ignite clipeo ⁊ hasta amoꝝ
fortitudinis extēta vsq ad celū deū exerci/
tuū attingente. ꝓmeruit vt virtute ipiꝰ isra/
el populꝰ Amalech superet. sic etiā eiusdeꝫ
v̄tute amoris q̄ deo erat vnitꝰ eundē ꝑplum
sic ꝓtexit. vt dñs ei diceret. dimitte me vt po
pulū istū deleā. qꝛ sic dñm affectuose orōis
vinculo ligauerat ne ꝑplo israel pena condi
gna criminibꝫ inferreꝭ. Si eñ duo p̄ncipiꝭ
Quarto petebā humilitatem. patientiā. benignitatē. z mansuetudinē. z omnes ꝟtutes per quas efficerer gratiosa ante conspectum suū Quinto petebā vt faceret me videre tempus in qua esset nata illa beatissima virgo que debebat filiū dei parere. et vt conseruaret oculos meos vt possem eā videre. linguā vt possem eam laudare. manus vt possem ei seruire. pedes vt possem ire ad seruitiū suum. genua vt possem adorare dei filium in gremio suo. Sexto petebā gratiam obediendi mandatis z ordinationibus pontificis templi. Septimo petebam vt templū z vniuersum populū suū ad seruitium suū conseruaret His auditis dixit ancilla christi. O dulcissima domina non eratis vos gratia z virtutibus plena. Respondit beata virgo. Pro firmo scias q ita me reputabam reā vt vilissimam z gratia dei indignam sicut tu. Propterea petebā sic gratiam z virtutes. Et iterū. Filia tu credis q omnem gratiā quā habui habuerim sine labore sed non est ita. immo dico tibi q nullam gratiā donum vel virtutē habui a deo sine magno labore. continua oratione. ardenti desiderio. pfunda deuotione. multis lachrimis. z multa afflictione. dicendo. cogitādo semper placita sibi sicut sciebam z poteram excepta sanctificatiōis gratia qua sanctificata fui in vtero matris. Et addidit. pro firmo scias q nulla gratia descendit in aiam nisi per orationē z corporis afflictionem.

Postq̄ autē dedimus deo que per nos possumus licet sint pauca ipse venit in animaz secum ferēs ista altissima dona q videt anima in seipsa deficere. z perdit memoriam. z non recordat se fecisse vel dixisse aliquid deo gratum. z tūc videt sibiipsi vilior z despectior q̄ vnq̄ fuerit. Hucusq̄ de dictis reuelationibus. Beat9 vero Hieronymus d vita ipsi9 sic scribit. Hāc sibi regulā beata virgo statuerat. vt a mane vsq ad horam tertiam orationibus insisteret. A tertia vsq ad nonam externo ope se occuparet. A nona vero iterū ab oratione nō recedebat quousq̄ dum illi angelus appareret. de cuius manu escam accipere solebat. z meli9 in dei opere z amore proficiebat. Fiebat vt in vigiliis inueniretur prior. in sapientia legis dei eruditior. in humilitate humilior. carminibus dauiticis elegantior. in charitate gloriosior in puritate purior. in omni virtute perfectior. Erat enim constans z immobilis. z cum quotidie melius transisset hanc irascentem

nullus vel vidit vel audiuit. Omnis sermo eius ita erat gratia plenus. vt cognosceret̃ i lingua eius deus. Semp in oratione et in scrutatione legis dei permanebat. Et erat solicita circa socias suas ne aliqua ex eis in vllo sermone peccaret. ne aliqua in risu3 vocem suam exaltaret. ne aliqua iniurias aut superbiã contra parem suaz exerceret. Sine intermissione benedicebat deum. ꝛ ne forte in salutatione sua a dei laudibus tolleretur. si quis eam salutabat. illa pro salutatione sua deo gratias respondebat. Deniq3 primũ et ipsa ceꝑit vt dum salutant̃ homĩes sancti deo gratias dicant. De esca quam de manu angeli accipiebat. ipsa reficiebat̃. Quã vero a põtificibus templi accipiebat. pauperibus erogabat. Quotidie videbat̃ ei angelus loqui. ꝛ quasi charissime sorori vel matri obtẽperabat ei. Hucusq3 Hieronymus. In decimoquarto autem anno fuit beata virgo maria desponsata Joseph per diuinã reuelatõnẽ. ꝛ rediit in nazareth quod qualiter fuerit factũ inuenies in legẽda de natiuitate sua. Et hec sunt que ante icarnationẽ domini Jesu possumus meditari. ipsa rumines bene ꝛ delecteris in eis. toto affectu ea memorie commẽdando ꝛ opere adimplendo quia deuotissima sunt. Nũc ad incarnatiõem veniamus.

De incarnatione christi Capl'm quintum

p Ostq̃m autem venit plenitudo tẽporis vel deliberasset. quomodo ordinauit summa trinitas humano generi prouideri per incarnationem verbi propter nimiã charitatem suam qua ipsum genus humanũ diligebat commouente eum misericordia sua. ꝛ nihilominus ad instantiam supernorũ spirituũ ꝛ beata virgo Maria redisset nazareth. vocauit deus omnipotens Gabrielẽ archangelum et dixit ei. Uade ad dilectissimã filiam nostram Mariã desponsatam Joseph. super om̃es creaturas nobis charissimã. et dic ei q' filius meus concupiuit speciẽ suam. et sibi eaz elegit in matrem. ꝛ roga eam vt ipsum letãter accipiat. quia per eam salutem tot' generis humani operari decreui. ꝛ obliuisci volo iniurie mihi facte. Attende hic ꝛ recordare que tibi in principio supra dixi. vt discas omnibus que dicunt̃. ꝛ fiunt te exhibere presentem. Hic ergo imagineris ꝛ aspicias deum vt potes. quia incorporeus est. s3 aspice eum tanq̃m magnũ dominũ sedẽtẽ in solio excelso. vultu benigno. pio. et paterno quasi reconciliare volentem. siue reconciliatum esse. Hec verba dicentẽ. ꝛ Gabrielem facie hilari ꝛ iocunda flexis genibus et inclinato vultu timoroso ꝛ reuerenti ambasiatam domini sui attente suscipientem.

Surgẽs igitur gabriel iocundus ꝛ gaudens volauit ab altis ꝛ in humana specie in momento fuit coram virgine Maria in thalamo domuncule sue manente. S3 nec cito sic volauit quin preueniret̃ a deo. ꝛ sanctam ibi trinitatẽ inuenit. que preuenit nuncium suũ. Scire namq3 debes q' excelsum incarnationis opus totius trinitatis fuit. licet sola persona filii fuerit incarnata. quẽadmodũ sicut tunicam induenti duo et lateribus eius stantes adiuuarẽt eum et tunice manicas tenerent. Nunc ergo et hic bene aspice ꝛ tanq3 ipsi facto presens existeres intellige omnia que dicunt̃ ꝛ fiunt. O qualis fuit nunc est in meditatione tua illa domuncula vbi tales sunt ꝛ talia exercẽtur Nam licet vbiq3 sit sancta trinitas. tamẽ ibi nunc aliquo singulari modo esse mediteris ratione singularis operationis. Ingressus ergo Gabriel paranymph' fidelis ad virginẽ mariam dixit. Aue gratia plena dominus tecũ. Benedicta tu in mulieribus. Ipsa vero turbata nihil respondit. Non fuit turbata turbatione culpabili. nec de visione angeli. quia eos sepe videre solita erat. sed iuxta verba euangelii turbata fuit i sermone eius cogitans de nouitate talis salutationis. Non enim sic eã consueuerat salutare. In qua salutatione cum videret se de tribus cõmendari. nõ poterat humilis dñã non turbari. Cõmendabat̃ eñi q' esset gratia plena. ꝛ q' domin' erat secũ. ꝛ q' erat bñdicta sup omnes mulieres. At humilis nõ potest sui cõmendatiõem sine rubore ꝛ turbatione audire. Turbata ergo fuit ex verecundia honesta ꝛ virtuosa. Cepit etiã timere an h esset vex. nõ q' ñ crederet angelũ ꝑa loqui. s3 ex eo q' ꝓpriũ est in humilib' q' non examinãt suas ꝟtutes s3 defectus pot' rumināt. vt sic ꝓ ꝓficere possint reputãtes magnã ꝟtutẽ puã. ꝛ puũ defectũ magnũ valde Tãq3 ꝓ prudẽs ꝛ cauta pauida ꝛ pudorosa nihil r̃spõdit. Quid eni r̃ndisset. Disce et tu

exemplo suo tenere silentiũ ⁊ taciturnitatez
amare. quia magna ⁊ vtilis valde talis vir/
tus est. Nam ipa bis prius audiuit ꝙ semel
responderet. Abominabile eñ est virginez
esse loquacẽ. Angelus eñ causam sue dubi
tationis cognoscẽs dixit. Ne timeas Ma/
ria. nec verecũderis de laudibꝫ quas dixi ti/
bi. quia sic est veritas. Nec soluz ipsa gratia
plena. sed eã toti generi humano recupasti
⁊ reinuenisti a deo. Nã ecce concipies ⁊ pa/
ries altissimi filiũ. qui te elegit in suã mrem.
saluabit omes in eũ sperãtes. Tunc ipsa re
spondit. nõ tamẽ confitẽdo nec negãdo cõ/
mendationes pfatas. sed de alio certificari
volens de quo modo plus dubitabat. s. ne
perderet virginitatẽ suaz Quesiuit ergo ab
angelo hui⁹ cõceptionis modũ dicẽs Quõ
fiet istud. que virginitatẽ meã firmissime do/
mino meo deuoui. nec in perpetuũ hoiem
cognoscã. Et angelus. Fiet p operationez
spiritussancti. qui te singulari modo reple/
bit. ⁊ eius virtute cõcipies salua tibi virgini
tate tua ⁊ ideo fili⁹ tuus vocabit filius dei.
Nihil eñ ei est impossibile. Nam elizabeth
cognata tua cũ esset senex ⁊ sterilis. iam sũt
sex menses ꝙ filiũ virtute dei cõcepit In/
tuere hic p deo ⁊ meditare qualiter tota tri/
nitas est ibi expectãs responsionẽ ⁊ ꝯsensuz
huius sue filie singularis. amãter ⁊ delecta
biliter aspiciens verecundiã eius et mores
⁊ verba. Et etiã qualiter angelus diligẽter
⁊ sapienter inducit eã. ⁊ ordinat verba sua.
stans inclinatus et reuerẽs coram dña sua
vultu placido ⁊ sereno. fideliter exequẽs am
basiatã suam. ⁊ attẽte obseruans verba do
mine vt possit congrue respondere. et super
hoc opere mirifico perficere dñi volũtatem
Et qualiter etiã domia stat timorate ac hu/
militer facie pudorosa preuenta ab angelo.
⁊ ex improuiso in verbis istis nõ extollitur
neqꝫ se reputat. Et cũ audit magnalia de se
qualia alicui nunqꝫ dicta fuerunt totuz di/
uine gratie ascribebat. Disce ergo ei⁹ exem/
plo esse pudorosa ⁊ humilis. quia sine his ꝟ/
ginitas parũ valet. Gaudet prudentissima
virgo ⁊ auditis verbis angeli consensit. Et
vt in suis reuelationibꝫ continet pfunda de
uotione genuflexit. ⁊ iunctis manibꝫ dixit.
Ecce ancilla dñi fiat mihi sm verbum tuũ.
Tũc filius dei statim totus ⁊ sine mora itra
uit vterum ꝟginis. ⁊ ex ea carnem assũpsit.
⁊ totus remansit in sinu patris. Potes au/
tem pie imaginari qualiter ipse filius tanꝫ
obedientiã ⁊ laboriosam legationẽ suscipi/
ens. patri se inclinauit ⁊ recõmendauit. ⁊ in
eodem instanti anima creata ⁊ infusa fuit. p
fectus homo sm omia corporis lineamẽta
sed paruulus valde. ita ꝙ i vtero postea na/
turaliter crescebat vt alij. sed non fuit dilata
infusio anime vel membroꝝ distinctio vt i
alijs. Erat eñ perfect⁹ deus sicut perfectus
homo. ⁊ ita sapiẽs ⁊ potens vt est modo.
Gabriel aũt tunc cũ domina sua similit ge/
nuflexit. ⁊ parũ post cum ea surgens se iterũ
inclinans vsqꝫ ad terrã ⁊ valefaciens ei dis/
paruit. ⁊ ad patriã rediens hoc narrauit. et
fuit ibi nouũ gaudiũ ⁊ nouũ festum ⁊ exul/
tatio magna nimis. Dña vero tota inflam/
mata ⁊ in amore dei magis solito succensa.
sentiẽs se concepisse genibꝫ flexis grãs egit
de tanto dono. humiliter ⁊ deuote supplicãs
eidẽ vt eam dignaret instruere. ita ꝙ in his
que circa filiũ suum faciẽda occurrerẽt. fa/
ceret sine defectu. Considerare autez de/
bes quanta est hodierna solennitas. ⁊ iubi/
lare in corde tuo ⁊ agere dies leticie. Inau/
dita est eñ vsqꝫ modo a seculis nec vnqꝫ fa
erat. Talis nãqꝫ hodie est solennitas di pa/
tris qui nuptias fecit filio suo in desponsa
tione humane nature quã hodie filius sibi
vniuit insepabiliter. Hodie est ⁊ solennitas
nuptiaꝝ filij ⁊ dies natalis eius in vtero. sz
postea erit ex vtero. Hodie est solẽnitas san
cti spirit⁹. propter hoc opus mirificum ⁊ sin
gulare ipsi⁹ incarnationis. quod eidẽ attri/
buitur. ⁊ hodie incepit ostẽdere benignitatẽ
singularẽ humano generi. Hodie est solẽni
tas gloriosa dñe nostre que a patre in filiaz
a filio in matrẽ. ⁊ spiritusancto in sponsam
est recognita ⁊ assumpta. Hodie est solenni
tas toti⁹ celestis curie. quia incohoatur eorũ
reparatio. Hodie est multomagis solenni/
tas humane nature quia eius salus incepit
⁊ redemptio. ⁊ totius mũdi reconciliatio. et
sublimata est atqꝫ deificata. Hodie nouam
obedientiã suscepit filius a patre de nostra
peragenda salute Hodie a summo celi egre
diens exultauit vt gygas ad currendum vi
am ⁊ se reclusit in otio vteri virginalis.
Hodie etiaz factus est vnus ex nobis ⁊ fra
ter noster. et cepit peregrinari nobiscum.
Hodie de celo lux ꝟa descẽdit ad tollẽdas ⁊
fugãdas nr̃as tenebras. Hodie panis viu⁹ q̃
dat vitam mũdo decoquitur in virginalis

vteri clibano. Hodie verbũ caro factum est vt habitaret in nobis. Hodie clamores et desideria patriarcharũ ⁊ prophetarũ exau/dita sunt ⁊ impleta. Clamabãt desiderio inenarrabili ⁊ dicebãt. Emitte agnũ domine. ⁊c. Et iterũ. Rorate celi desuper. Et iterũ Utinã dirũperes celos ⁊ descẽderes. Et iterum. Dñe inclina celos tuos ⁊ descẽde. Et iterum. Dñe ostẽde nobis faciẽ tuam ⁊c. Et talia mlta de quib9 tota scriptura est plena. Nam hodiernã diẽ vehementissime expe/ctabant. Hodie est principiũ ⁊ fundamen/tum omniũ solennitatũ ⁊ initiũ toti9 nostri boni. Nã vsq3 nũc indignat9 est domin9 cõ/tra gen9 humanũ ꝓpter transgressionẽ ꝓmorum parentũ. sed ammodo vidẽs filiũ ho/minẽ factũ non vlteri9 irascet. Hodie dicit esse tempis plenitudo. Uides admirabile opus ⁊ q̃ solennissimũ factũ sit istud. totum est delectabile. totũ iocundũ. totum deside/rabile. ⁊ cũ omni deuotiõe suscipiendũ. in iubilatiõe. leticia ⁊ exultatione ducendum ⁊ omni veneratiõe dignissimũ. In his ergo meditare. in his delectare ⁊ iocũdaberis. et forte ostẽdet tibi dñs ampliora ⁊c.

Quomodo beata virgo visitauit Eliza/bet. Et quomodo Magnificat ⁊ Benedi/ctus facta fuerunt.

Capitulum sextum.

Post hec recogitãs domina verborũ angeli que dixit de cõsobrina sua elizabeth. eã visitare ꝓponit ad congratulandũ eidẽ. ac etiam seruiendũ. Iuit ergo vna cũ Joseph spõso suo a nazareth ad domũ ipsi9 que distabat a hierusalẽ per q̃tuordecim vel q̃ndecim miliaria vel circa. Non ergo retardat asperitate vel longinquitate vie. sed cũ festinatione iuit. quia nolebat diu ĩ publico videri. Et sic non erat ex cõceptu filij aggrauata. vt alijs mulierib9 ↄtingit. nõ enim fuit domin9 Jesus onerosus matri.

Conspice ergo hic quomodo vadit sola cum spõso suo regina celi ⁊ terre. ⁊ nõ eques sed pedes. nõ ducit frequentiã militum vel baronũ. nõ camerariũ ⁊ domicellarũ comi/tiuam. Uadũt autẽ cũ ea pauptas. humili/tas ⁊ verecũdia. omniũq3 virtutũ honestas Est ⁊ domin9 secũ magnã ⁊ honorabilẽ co/mitiuã habẽs. sed nõ seculi vanã ⁊ põposaz. Cũ aũt intrauit domũ salutauit elizabeth. dicẽs. Salue soror mea elizabeth. Illa ꝓ exultãs ⁊ tota exhilarata. ⁊ accẽsa spiritusã/cto surgit ⁊ amplectat eã tenerrime. ⁊ excla/mãs ꝑ gaudio dixit. Bñdicta tu int mulieres ⁊ benedict9 fructus vẽtris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me ⁊c. Cũ eñ virgo salutauit elizabeth replet9 est in vtero Johãnes spũsancto. repleta est etiam ⁊ mater. Nec pri9 replet mater q̃ fili9. s3 fili9 repletus. replet ⁊ matrẽ. non quidem in aĩma matris aliq̃d efficiendo. sed ꝑ spm̃sanctum aliq̃d in ea fieri ꝓmerendo. eo q̃ ĩ ipso spũssancti gratia affluẽtior refulgebat ⁊ prior gratiã sensit. Et sicut illa Mariã. sic ille aduentũ dñi sensit. ⁊ ideo exultauit. ⁊ illa ꝓ/phetice locuta est. Uide quãta virtus sit in verbis dñe. quia ad eoꝝ ꝓnunciationẽ ↄfertur spũssanct9. Sic eñ abundãter ipsa erat plena q̃ ei9 meritis ipe spiritussanct9 etiam alios replebat. Respõdit autẽ maria ad eli/zabeth dicẽs. Magnificat aĩma mea dñm ⁊c. totũ ibidem cõplens canticũ iocũditatis ⁊ laudis. Deinde se ad sedendũ ponẽte se domina humilima ad inferiorẽ locũ se poĩt ad pedes elizabeth. sed illa in cõtinẽti exurgẽs ⁊ hoc nõ patiẽs erexit eã ⁊ pariter ↄsederũt Querit aũt dña de modo sue cõceptionis ⁊ elizabeth de modo sue. Et hec sibi ĩnuicem narrant letãter. ⁊ laudãt deũ de vtraq3 con/ceptiõe. ⁊ in gratiarũ actione ↄsistunt ⁊ agũt dies leticie. Et stetit ibidẽ dña quasi mensibus trib9 ministrãs ⁊ seruiẽs ei in omnibus que poterat. humiliter. reuerẽter. ⁊ deuote. quasi oblita se matrẽ dei esse ⁊ totius mũdi reginã O qualis dom9. qualis camera. qualis lectus. in qua ⁊ quo pariter cõmorãtur ⁊ requiescũt. tales matres talib9 filijs fecũdate. maria ⁊ elizabeth iesus ⁊ iohãnes Sũt ⁊ ibi magnifici senes. s. Zacharias ⁊ ioseph.

Adueniẽte ergo tempe suo pepit Eliza/beth filiũ quẽ dña leuauit a terra. ⁊ diligen/ter aptauit vt expediens erat. Paruul9 autẽ ipsam quasi intelligẽs aspiciebat. ⁊ cum eũ matri porrigere vellet. caput ad eam verte/bat ⁊ in ea solũ delectabatur. ⁊ ipsa letanter colludebat eidem. amplexabat ⁊ osculaba/tur iocunde. Considera magnificentiã Johannis. Null9 vnq̃m talem baiulam habuit. Multa alia magna priuilegia reperiun/tur d ipso quib9 non insisto ad presens. Die autem octauo circumcisus est puer. ⁊ voca/tus est Johannes. Et tunc apertũ est os zacharie ⁊ ꝓphetauit dicẽs. Benedictus do/minus deus israel. ⁊c. Et sic in domo illa h

duo cantica pulcerrima. scz Magnificat et Benedict⁹ facta fuerūt. Domina vo stans post aliquā cortinā ne videret ab hominib⁹ qui cōuenerāt ad circumcisionē Johis auscultabat attēte ad canticū illud in quo de filio suo fiebat mentio. et oīa cōferebat in corde suo sapiētissime. Tandē valefaciens elizabeth et zacharie ac benedicens Johanni redit ad domū sue habitatiōis in Nazareth. In qua reuersione paupertatē eius ad memoriam reuoca. Redit em̄ ad domū in qua nec panē nec vinū nec alia necessaria est inuentura. Sed nec possessiōes habebat nec pecuniā. Steterat bis trib⁹ mensib⁹ apud illos forte opulētos. Nūc autē redit ad paupertatem suā et vt p̄prijs manib⁹ laborando victum pcuret. Cōpatere sibi et in amorē paupertatis accēdere.

Quomodo Joseph voluit dimittere mariam. et quomodo de⁹ pmittit suos tribulari. Capitulū. vij.

Cum autē simul habitarēt domina et spōsus eius Joseph et crescēte Jesu in vtero matris. ppendēs ioseph spōsam grauidā esse. doluit v. tra modū. Attende hic bene quia m̄lta pulcra discere poteris. Si dubitas quare domin⁹ voluit matrē suā habere virū cū semp vellet eā virginem esse. Respōdet ppter tria. vt scz ne grauida infamaretur. vt viri ministerio et societate frueret. Et vt diabolo partus filij dei occultaret. Cōspiciebat ergo Joseph cōiugem suā semel et plurics. dolebat et turbabatur. et eidē vultū ostēdebat turbatū. et oculos auertebat ab ea tanq̄ a mala. suspicans eam ex adulterio cōcepisse. Vides q̄mo do de⁹ permittit suos tribulatiōib⁹ vexari et temptari ad ipsorū coronā. Cogitabat autē eā occulte dimittere. Uere de hoc dici potest q̄ eius laus est in euāgelio. Dicit em̄ ibi q̄ erat vir iustus. magne nāq̄ virtutis erat. Cū em̄ cōmuniter dicat q̄ quasi summe verecūdie. doloris. et furoris sit viro. adulterium vxoris. tamen ipse virtuose se temperabat et accusare nolebat. patienter hanc magnā pertrāsibat iniuriā. non se vindicās sed pietate victus cedere volens. occulte volebat eam dimittere. Sed nec domina pertransiuit absq̄ tribulatione. perpendebat enim et videbat eū turbatū. et de hoc etiam ipsa turbabat. Humiliter tamen tacebat et occultabat donum dei. Potius volebat reputari vilis q̄ ipsum sacramētū dei reuelare et de se aliquid loqui quod ad iactantiā putaretur pertinere. Rogabat autē dominum vt ipse remediū apponere dignaret. et hanc sibi et viro suo tribulationē auferret. Uides q̄ magna tribulatio et anxietas erat eis. sed domin⁹ puidit vtriq̄. Misit ergo angelum suū qui dixit ioseph in somnis q̄ vxor eius de spiritusancto cōceperat et vt confident et gaudēter staret cū ea. Unde tribulatiōe cessante rediit consolatio magna. Sic et nobis contingeret si in tribulationib⁹ patientiā habere scirem⁹. Nā deus post tempestatem tranquillum facit. Nec dubitare debes quia nō permittit eas ad suos venire nisi p vtilitate eorū. Quesiuit Joseph de hac conceptione mirifica que ei dn̄a diligenter narrauit. Remanet ergo et stat Joseph gaudēs cū sua cōiuge benedicta Et vltra q̄ dici possit eam casto diligit amore. et curā ipsi⁹ fideliter gerit. et domina cū eo cōfidenter moratur. et in sua paupertate letanter viuūt. Stat ergo domin⁹ Jesus reclusus in vtero vsq̄ ad menses nouē more alioꝝ. Stat benigne ac patienter sustinet et expectat tempus debitum. Cōpatere sibi q̄ ad tantā humilitatis pfunditatē deuenit. Multū ergo deberemus hāc affectare virtutē. nec vnq̄ deberemus ad elationē vel ad nostri reputationem tumescere. quādo tātū se inclinauit domin⁹ maiestatis. Et de hoc secundo beneficio huius tam plixe pro nobis reclusionis. nunq̄ ei digne possemus satisfacere. Sed saltim corde hoc cognoscam⁹ et gratias eidem toto affectu agamus. q̄ nos ex alijs assumere dignatus est. vt vel hoc modicū rependam⁹ eidē vt reclusi stemus ad seruitium suū. Ipsi⁹ quippe beneficium est hoc. nō nostrū meritū. et quidē per maximū multūq̄ acceptabile ac venerabile est. Nō em̄ ad penam sed ad tutelā reclusi sumus et in arce religionū tutissima collocati. Ad quā n hui⁹ nequissimi mūdi venenose sagitte vl t... nul tuosi maris procelle. nisi nostra temeritate attingere non poterūt Conemur ergo toto posse mente reclusa et abstracta ab omnibus caducis eidem cordis puritate vacare quia corporalis reclusio nihil aut parum sine mentali prodest. Eidem etiam domino Jesu in hoc compatere q̄ est in continua afflictione. Et fuit a sue conceptionis pmordio vsq̄ ad mortē. ex eo scz q̄ patrem quem

pro ... reclusi ... et nec ... admodicū rependamus eidem vt reclusi stemus ad seruitium suū.

summe diligebat cognoscebat ꝓpter idola relinqui a peccatoribꝫ ⁊ inhonorari. ⁊ ex compassione quã habebat ad aĩas ad imaginez suã creatas q̃s cernebat miserabiliter et q̃si vniuersaliter dãnari. ⁊ erat sibi maior pena q̃ fuerit passio corporalis. Nam ꝓpter hãc tollẽdã sustinuit illã. Uides q̃ pulcra fercula hic tibi ꝑpinata sunt. si vis eoꝝ sentire dulcedinem. ea rumina diligẽter ⁊ sepe.

Secunda feria

De natiuitate xp̄i ⁊ alijs. Caplm. viij

Duueniente autez a nouẽ mensiũ termino. exijt edictuz ab imꝑatore vt describereť vniuersus orbis. scz quilibet in ciuitate sua. Cũq3 ioseph ire vellet in ciuitatẽ suã scz bethleez. ⁊ sciret instare tempꝰ partꝰ sue ↄiugis. duxit eam secũ. Uadit ḡ iterũ dña hoc lõgo itinere. Nã bethleẽ est ꝓpe hierusalẽ ꝑ q̃nq3 vł sex miliaria. Ducũt autẽ secũ bouẽ ⁊ asinum. ⁊ vadũt sicut paupes mercatores bestiarum. Cũ aũt fuerũt in bethleẽ. quia paupes erãt (nã multi ↄcurrerãt ꝓ eadẽ causa) hospitiũ inuenire nõ potuerũt. Cõpatere hic dñe ⁊ cõspice ipam delicatã ⁊ iuuenẽ. quindecim eñi erat annoꝝ ex lõgo itinere fatigatã. ⁊ cũ verecũdia inter gẽtes cõuersantẽ. querẽtem vt quiescat ⁊ nõ inuenit. oẽs licentiãt eã ⁊ sociũ eiꝰ. ⁊ sic cogũť diuertere ad q̃dã viã cooꝑtã vbi hoies tempe pluuie diuertebãt. Ibidẽ ioseph q̃ erat magister lignariꝰ forte aliqualiter se clausit. Nũc aũt diligẽtissime ĩspice oĩa. maxime q̃ referre intendo q̃ ab ipa dña reuelata ⁊ ostẽsa fuerũt. ꝓut a q̃daz sancto nr̄i ordinis fidedigno habui. cui puto reuelata fuisse. Cũq3 venisset hora partꝰ scz in media nocte dñice diei. surgens ꝟgo appodiauit ad quandã columnã q̃ ibi erat. Joseph vero sedebat mestꝰ. ex eo forte ꝙ nõ poterat q̃ decebãt parare. Surgẽs ḡ ⁊ accipiens de feno p̄sepis ꝓiecit ad pedes domine ⁊ vertit se in aliã partẽ. tũc filiꝰ dei eterni exiẽs de matris vtero sine aliqua molestia vel lesione in momẽto sicut erat in vtero sic fuit extra vterũ sup fenuz ad pedes matris sue. ⁊ mater in cõtinenti se inclinãs recolligens eũ ⁊ dulciter amplexans posuit in gremio suo. ⁊ vbere de celo pleno a spirituſancto docta cepit lauare siue linire ipsum ꝑ totum cũ lacte suo. quo facto inuoluit eũ ĩ velo capitis sui. ⁊ posuit eũ in presepio. ⁊ tũc bos ⁊ asinus flexis genibꝫ posuerũt ora super p̄sepium. flãtes per nares ac si ratione vtentes cognoscerẽt ꝙ puer sic pauperrime contectus calefactiõe tẽpore tãti frigoris indigebat. Mater vero flexis genibꝫ adorauit. ⁊ gratias agẽs deo dixit. Gratias tibi ago dñe sancte pater qui filiũ tuũ mihi dedisti. ⁊ adoro te deꝰ eterne. ⁊ te filiũ dei viui ⁊ meum. Joseph aũt similiter adorauit eũ ⁊ accipiens sellã asini ⁊ extrahẽs de ea custinellũ de lana siue hora posuit iuxta presepe vt domina sup eo sederet. Ipa ergo se posuit ibi ad sedendũ. ⁊ sellã posuit subtus cubituz. ⁊ sic stabat domina mũdi tenẽs vultũ suũ super presepe innixa oculis ⁊ toto affectu sup dilectissimũ filiũ suũ. Hucusq3 de reuelatione. His ergo sic ostẽsis disparuit domina ⁊ remãsit angelꝰ ⁊ dixit eidẽ laudes magnas quas etiã ille mihi dixit. sed nec discẽdi nec scribẽdi aptitudinẽ habui. Uidisti ortũ sacratissimi principis. vidisti simul ⁊ ꝑtum regine celestis. ⁊ in vtroq3 artissimam paupertatẽ potuisti cõspicere multis necessarijs indigere. Hanc virtutẽ altissimã dominꝰ reinuenit. Hec est illa euãgelica margarita ꝓ qua emenda oĩa sunt vendenda. Hec est totiꝰ spiritualis edificij primũ fundamentũ. Nã cũ sarcina tẽporaliũ rerũ spiritus ad deũ nõ potest ascendere. de qua dicebat beatus Franciscꝰ. Paupertatez fratres noueritis esse spiritualẽ viam salutis. tanq̃ humilitatis fomentũ ⁊ perfectiõis radicem. Cuiꝰ est fructꝰ multiplex sed occultꝰ. Magna ergo nobis est verecũdia ꝙ eã nõ amplectãmur toto posse. sed oneramur superfluis. quãdo mũdi dominꝰ ⁊ dña mater eius eã sic strictissime ac studiosissime seruauerũt. De qua sic dicit Bernardꝰ in sermone p̄mo in vigilia natiuitatis dñi. qui sic incipit Sonuit vox. Abundabat in terris hec species ⁊ nesciebat homo preciũ eius. Hãc itaq3 dei filꝰ concupiscens descendit vt eaz eligat sibi ⁊ nobis. quam sua estimatione faciat p̄ciosam. Adorna thalamũ. scilicet humilitate ⁊ paupꝑtate. in his complacz sibi pãnis maria testimoniũ perhibẽte. His sericis delectať innolui ⁊ abominationes egyptiorũ immola deo tuo. Hucusq3 Bernardus. Idẽ in quinto sermone natiuitatis. sermo incipit Benedictꝰ deus ⁊ pater. Deniq3 populũ suũ consolatur. Uis nosse populũ eius tibi derelictus est pauper aut homo fin

cor dei. Sꝫ ⁊ ip̄e in euāgelio. Ue vobis in/
q̄t diuitibꝫ q̄ habetis hic ɔsolationē vestrā
Quid eīm̄ ɔsolet̄ eos qui suā habēt ɔsolati
onē. Nō ɔsolat̄ xp̄i infantia garrulos. n̄ cō/
solant̄ xp̄i lachryme cachinnātes. nō ɔsolāt̄
panni eiꝰ ambulātes in stolis. nō ɔsolāt̄ sta
bulū ⁊ p̄sepe. amātes p̄mas cathedras i sy/
nagogis. vigilātibꝫ pastoribꝫ annūciat̄ gau/
dium lucis ⁊ eis natꝰ ē ⁊ esse saluator. Pau/
peribꝫ atq; laborātibꝫ nō vobis diuitibꝫ qui
vestrā habetis ɔsolatōem ⁊ vestrū dominiū.
Hucusq; Bern̄. Potuisti etiā attendere in
vtroq; ꝓfundissimā humilitatē i hac ip̄a na
tiuitate. Nō eīm̄ sunt stabulū dedignati. nō
bestias. nō fenū. ⁊ cetera vilia. Hāc ꝟtutem
in oīm̄bꝫ actibꝫ tā dn̄s q̄ dn̄a ꝑfectissime ꝟ/
uauerūt ⁊ nobis cōmendauerūt. Nitamur
ꝰ oīm̄i quo possumꝰ studio ip̄am amplecti.
q2 sine ip̄a nō est salꝰ. Nulla eīm̄ opatio nr̄a
cū supbia deo placere pōt. Nā s̄m beatū au
gust. n̄ l. Supbia fecit angelos demones.
humilitas facit hoīes angelis sil̄es. Et ber
nardꝰ s̄mo de visione Ysaie. Qualē putas
necesse est hoīem inuenire q̄ repudiati locū
angeli sortiat̄. Semel turbauit supbia re/
gnū illud. cōcussit muros ⁊ etiā ꝓstrauit ex
p̄te. ⁊ p̄te nō modica. Quid ergo. Nūq̄d nō
odit ciuitas illā ⁊ vehemēter hmōi pestē ab
ominat̄. Certi estote fr̄es. eū qui supbis nō
pepcit angelis. nec est hoībꝫ pcituꝛꝰ. non est
ɔtrariꝰ sibi ip̄si. Hucusq; Bern̄. Potuisti eti
am attēdere in vtroq; maxie in puero Ihu
nō p̄uā cordis afflictiōem. De qua sic dicit
Bern̄. in s̄cdo s̄mone natiuitat' dn̄i. Nascit̄
dī filiꝰ cuiꝰ i arbitrio erat qd̄cūq; vellet elige
re tp̄s. Elegit q̄z molestiꝰ p̄sertim paruulo
⁊ paup̄is mr̄is filio. q̄ vix pānos haberꝫ ad
inuoluendū. p̄sepe ad inclinandū. ⁊ cū tāta
esset necessitas nullā audio pelliū fieri men
tionē. Et infra. Christꝰ vtiq; q̄ nō fallit̄ ele/
git qd̄ carni molestiꝰ est. Illud ꝰ meliꝰ. illud
vtiliꝰ. illud potiꝰ eligendū. Et q̄sq̄s aliud do
ceat vel suadeat. ab eo tāq; a seductore cauē
dum est. Et infra. Et tn̄ fr̄es ip̄e est ꝓmissus
olim p Isa. vij. paruuꝰ sciēs reprobare ma
lū ⁊ eligere bonū. Malū ꝰ voluptas corpis
bonū ꝟo afflictio est. Siquidē ⁊ hāc elegit.
⁊ illā reprobat puer sapiēs. ꝟbum infans.
Hucusq; Bern̄. Uade ⁊ tu fac sil̄r. Discre/
te tamē vt nō excedas posse tuū. Et de his
ꝟtutibꝫ alias poterit dici. Redeamꝰ ad do/
mū natiuitatis. Nato itaq; dn̄o angeloꝛꝫ

multitudo ibi existēs suū deū adorauerūt.
⁊ cōfestim ad pastores iuerūt qui erāt ibi ꝓ/
pe forte p miliare. nūciantes eis ip̄am nati/
uitatē ⁊ etiā locū. Exinde ascenderūt in ce/
lum cū canticis ⁊ iubilis. cōcīues ... ca ... r
nūciantes. Tota igit̄ supna curia exhilara
ta. magnoq; facto festo ⁊ laudibꝫ ⁊ gratiarū
actionibꝫ deo patri exhibitis. venerūt oīs
quoq; q̄t ibi erāt successiue p ordies suos vi/
dere faciē dn̄i dei sui. ⁊ adorātes eū cū omni
reuerētia ⁊ etiā mr̄em eiꝰ laudē eidē ⁊ canti/
ca ꝑsonabāt. Quis eīm̄ eorū auditis nouis
remāsisset in celo q̄n visitasset dn̄m suū sic
humiliter cōstitutū in terra. In nullo eorū
hec supbia cadere potuisset. Et ideo dr̄ apo
stolꝰ ad Hebre. j. Et cū introducit primoge
nitū in orbē terraꝝ dicit. Et adorēt eū oīs
angeli dei. Hec meditare de angelis iocun
dū puto qualitercūq; se habuerit veritas.
Ueneruntq; pastores ⁊ adorauerūt e.i. refe/
rentes q̄ audierūt ab angelis. Mater vero
prudētissima oīa q̄ de ip̄o dicebant̄ ɔser/
uabat in corde suo. Illi aūt gaudētes abie/
rūt. Genuflecte ⁊ tu q̄ tm̄ distulisti ⁊ adora
dn̄m deū tuū ⁊ postea mr̄em eiꝰ. ⁊ reuerēter
saluta sanctū senē ioseph. Deinde oscularis
pedes pueri ih̄u iacētis in lecto ⁊ roga do/
minā vt eū tibi porrigat vel ꝑmittat accipe.
Accipias eū inter brachia tua. retine ... am
caris faciē eiꝰ diligēter ac reuerēter deoscu/
lare ⁊ delectare i eo. Cōfidenter h̄ facere po
tes. q2 ip̄e ad peccatores venit p eoꝝ salute
⁊ cū eis humilit̄ cōuersatꝰ. Et tādem se ip̄is
dimisit in cibū. Un̄ benignitas sua patient̄
se tāgi p tuo velle ꝑmittet. Nec imputabit
p̄sumptiōi sꝫ amori. sp tamē cū reuerentia ⁊
timore hec facias. q2 ip̄e sanctus sanctoꝝ est.
Postea redde ip̄m matri. ⁊ cōspice diligent̄
q̄ studiose ⁊ sapiēter gubernat eū. lactat ac
cetera ei facit obsequia. Sta ⁊ tu adiuua eā
si potes. In his delectare iocūdare ac sedu/
lo meditari memēto. ⁊ quantū potes famu
leris dn̄e ⁊ puero ih̄u. ⁊ intuearis faciē eius
sepe. i quā desiderāt angeli ꝓspicere. Semp
tamē vt dixi cū reuerētia ⁊ timore ne patia/
ris repulsam. Reputare eīm̄ te debes indi/
gnam taliū cōuersatione. Meditari debes
etiā cū gaudio q̄nta sit hodierna solēnitas.
Hodie nāq; natus est xp̄s. ⁊ sic vere ē dies
natalis regis eterni ⁊ filij dei viui. Hodie fi
lius datꝰ est nobis. ⁊ puer natus est nobis
Hodie sol iusticie qui erat in nubilo clare

refulsit. Hodie spūssctūs ecclie electoꝝ caput pcessit de thalamo suo. Hodie desideratam faciē ostēdit forma speciosus p filijs hoim. Hodie fact⁹ est ille hymn⁹ angelic⁹ Glia in excelsis deo. Hodie pax hoib⁹ ē annūciata vt in eodē hymno ɔtinet. Hodie vt etiā cātat eccl'ia p totū mōm melliflui facti sunt celi. ꝛ in tra canūt angeli. Hodie pmitus apparuit benignitas ꝛ hūanitas saluatoris dei nri. Hodie adorat⁹ est de⁹ i silitudie carnis pcti. Hodie illa duo miracula ɔtigerūt q̄ supant oēm intellectū ꝛ sola fides apprehēdere pt. s. ꝙ deus nascit. ꝛ ꝟgo parit. Hodie alioꝝ miraculoꝝ claruit mltitudo Deniqꝫ oia q̄ dicta sunt de incarnatōe q̄ hodiern⁹ elucescunt. ibi inchoata. h manifestata. Vn̄ nunc illa. ꝛ istis meditatōib⁹ ista coniūge. Merito ḡ ē dies illa iubilatōis ꝛ gaudij ꝛ leticie magne nimis. Nā rome de q̄dā taberna dicta emētoria (q2 milites ibi spaciando ꝛ emēdo necessaria ea q̄ stipēdijs suis venerāt expendebant) fons olei largissimi emanauit de tra. ꝛ p totū diē largissimo riuo fluxit. ꝛ circulus ad modū celest arc⁹ circa solē in toto orbe appuit. ꝛ rome statua aurea quā romul⁹ in suo palacio posuerat q̄ ꝓhetabat nō cadere donec ꝟgo pareret. statim vt xp̄s nat⁹ est. corruit. In q̄ loco calixt⁹ papa eccliam sctē Marie que nunc dr trans tyberim cōstituit.

De circūcisiōe ꝛ fletu dn̄i. Cap. ix.

Ctauo aūt die circūcisus est puer. Duo autē magna hodie facta sunt Vnū. q2 manifestū est nomē salutꝭ. qd ab etno sibi iposituꝫ erat. ꝛ ab anglo vocatū ꝑusqꝫ in vtero concipet. hodie fuit declaratū ꝛ noiatū. Et vocauerūt nomē eius Ihm. Jesus aūt dr saluator. qd est nomē super omē nomē. Nec est em̄ vt Aplus petr⁹ ait. aliud nomē sub celo in q̄ nos oporteat saluos fieri. Scdm qd hodie factū fuit q2 incepit dn̄s iesus suū sacratissimū sanguinē p nobis effundere. Tēpestiue em̄ cepit p nobis pati. q̄ pctm̄ nō fecit. p nr̄is penā hodie portare incepit. Cōpatere tu ei. et plora cū illo. q2 bodie fortit plorauit. Nā i solennitatib⁹ multū gaudere debem⁹ ꝓpter nr̄am salutē. sed multū cōpati ꝛ dolere ꝓpter suas angustias ꝛ dolores. Audisti in natiuitate q̄ntā afflictionē habuit ꝛ penuriā. ꝛ int alia h etiā fuit. ꝙ q̄n mr̄ posuit eū in psepio ad caput ei⁹ posuit quedā lapidē interposito forte feno. et vt habui a frē nr̄o q̄ vidit. ꝛ adhuc ille lapis appet ad mēoriā ibidem murat⁹. Credas ꝙ libētius posuisset puluinar si habuisset. sed cū aliud n̄ hr̄et qd poneret. cū cordis amaritudie posuit illū lapidē. Audis ꝛ hodie q2 sanguinē suū fudit. Fuit em̄ caro ipi⁹ cū cultello lapideo īcisa. Nōne ḡ cōpatiendū est ei. Ita. sic certe ꝛ mr̄i. Plorauit ḡ puer iesus hodie ꝓpter dolorē quē sensit in carne sua. Nā verā carnem ꝛ passibilē habuit sic ceteri hoies Sꝫ eo plorāte credis ne ꝙ mr̄ potuerit lachrymas ɔtinere. plorauit ḡ ꝛ ipa. Quā plorātē fili⁹ stans in gremio ei⁹ aspiciens. paruulā manū suā ad os. ꝛ vultū ei⁹ ponebat q̄i nutu rogans eandē ne ploraret. Quā ei tenerrime diligebat. a ploratu cessare volebat. Silr ꝛ mr̄ cui⁹ viscera totalit cōmouebant in dolore ꝛ lachrymis filij. ꝛ nutu ꝛ ꝟbis cōsolabat eū. Intelligebat em̄ tanꝙ prudentissima voluntatē ei⁹. Quis nōdū loq̄ret Et dicebat. Fili si vis me a ploratu cessare cessa ꝛ tu. Nō em̄ possum te plorante nō plorare. Et tūc ex cōpassione mr̄is fili⁹ a singultib⁹ desistebat. Mater ꝟo ꝛ ipi⁹ ꝛ suos oculos tergebat. ꝛ vultū vultui applicabat. Lactabat eū ꝛ omib⁹ q̄b⁹ poterat modis ɔsolabat. Et sic faciebat q̄tiens plorabat. qd forte sepe pueroꝝ more faciebat. ad oñdendā miseriā nature hūane quā vere assūpserat. ꝛ ad occultandū se ne a diabolo cognosceret Cantat nāqꝫ de ipo ecc'ia. Vagit infans inter arta ꝛc. Hodierno aūt tpe cessat circūcisio corpalis ꝛ hēm⁹ baptismū q̄ est maioris grē ꝛ minoris pene. Sꝫ debem⁹ hr̄e circūcisionē spūalē ꝛ oia supflua reijcere. ꝛ h est qd paupertatē cōmēdat. Nā ver⁹ paup est ꝟe spiritualit circūcisus. Et hāc fm Bern̄. paucꝭ verbis tradit Apl's di. Habētes victū ꝛ vestitū his ɔtenti sim⁹. Spūalis etiā circūcisio dꝫ esse in oib⁹ sensib⁹ corpis nr̄i. videndo audiendo. gustādo. tangēdo paucitate vtamur. ꝛ maxie in loq̄ndo. Loq̄citas est viciū pessimū ꝛ deo ꝛ hoib⁹ odiosū ꝛ displicibile Vn̄ debem⁹ esse circūcisi lingua. i. pauca et vtilia loq̄. Signū leuitatꝭ est multū loqui. Vn̄ silentiū est ꝟtuosa res. ꝛ nō sine cā in religionib⁹ ordinatū. Et circa hāc materiā sic dicit beat⁹ Greg. Ille loq̄ veracit nouit q̄ prius bene tacere didicerit. Censura em̄ silentij est ꝟbi necessariū instrumētū. Idem alibi. Qui sensu leues sunt. ꝛ in locutōes p-

cipites erũt. qꝛ qḋ leuis ꝯsciã ꝯcipit leuius ꝓtinꝰ lingua promit. De h̄ etiã dic̄ Bern̄. i ephia ſmone q̄ incipit In opib; dn̄i. Iã vero de lingua q̄s nesciat q̄ꝫ multũ inq̄naue/rit nos. ꝑ vaniloq̄a ⁊ mẽdacia ꝑ detractões ⁊ adulatões. ꝑ v̄ba malicie siue iactãtie. Pro his oib; necessaria ẽ ydria q̄nta. silẽtiũ. s. cu/stos religiõis. in q̄ est fortitudo nr̃a. Idẽ a/libi. Ociositas mr̄ nugaꝝ est. ⁊ nouerca vtu tũ. Int̄ seculares multe nuge sunt in ore sa cerdotũ blasphemie. Sed ⁊ si nuge incidũt interdũ ferende fortasse sũt. s; inferẽde nũ/q̄ꝫ. ꝯsecrasti em̄ os euãgelio. illicitũ est iã ta lib; apire illud.

De ephia siue appari tione dn̄i. Capl̄m. x.

D Ie aũt terciodecimo puer ih̄s ma/nifestauit se gẽtib;. i. magis q̄ gẽtiles erãt. Attende circa diẽ istũ. qꝛ vix inuenies aliqḋ festũ sic ab eccia solẽnizatũ ⁊ multipli catũ in antip̄hõis. rn̄soriis ⁊ ſmõib; ⁊ aliis q̄ ad solẽnitatẽ ꝑtinẽt sic illud. Nõ q̄ sit ma ius oib; aliis. s; qꝛ multa et magna tali die facta sunt ꝑ dn̄m ih̄m. ⁊ marie circa ipaꝫ ec clesiã. Primũ est qꝛ hodie ipa eccia rece/pta est ab eo i ꝑsona magoꝝ. qꝛ eccia ex gẽti bꝰ ꝯgregata est. Naꝫ die natalis sui appuit iudeis in ꝑsona pastoꝝ q̄ iudei nõ receperũt ꝑ dñ dei nisi pauci ex ipis. Hodie v̄o appuit gentib;. ⁊ h̄ est eccia electoꝝ. Vn̄ festũ bodi ernũ est ꝓprie festũ eccie ⁊ fideliũ xp̄ianoꝝ.

Scd̄m. qꝛ eccia est hodie desp̄õsata ab eo. ⁊ eidẽ vere ꝯiũcta ꝑ baptismũ. queꝫ tali die suscepit. s. reuoluto. xxix. anno. Et iõ le/tant̄ cantat̄. Hodie celesti sp̄õso iũcta est ec clesia ⁊c̄. Nã in baptismo desp̄õsãt̄ aie xp̄o. q̄ a suo baptismo sũpsit virtutẽ. ⁊ aiaꝝ ba/ptizataꝝ congregatio vocat̄ eccia. Terci um. qꝛ tali die. s. reuoluto ãno pꝰ baptismũ fecit p̄mũ miraculũ ad nuptias. qḋ etiaꝫ ad ecciam ⁊ sp̄ũales nuptias p̄t adaptari. Vi det̄ etiã postea fecisse tali die miraculuꝫ de multiplicatõe panũ ⁊ pisciũ. S; p̄ma tria eccia hodie rep̄ñtat. illud autẽ nõ. Vides ḡ q̄ꝫ venerabil̄ est dies illa q̄ꝫ dn̄s elegit ad tot magnifica ⁊ mirifica. Cõsiderãs ḡ eccia tot magna bn̄ficia hodie sibi a suo sponso exhi bita. grata existere volẽs. exultat. iocundat̄ ⁊ iubilat. ⁊ hũc diẽ magnifice solẽnizat. Di camꝰ ḡ de p̄mo. qꝛ de aliis ſmo erit ſm or/dinẽ vite ipiꝰ xp̄i. Sed de p̄mo ope. s. d̄ ma goꝝ aduentu ad xp̄m nõ est intẽtõnis mee narrare moralitates ⁊ expositões q̄ sic dili gent̄ p scõs tradite sunt. Qualit̄ ḡ venerũt magi ab oriente hierosolymã. ⁊ q̄d int̄ eos ⁊ herodẽ actũ sit. ⁊ de ductu stelle. ⁊ q̄re ta/lẽ oblationẽ fecerũt. ⁊ de aliis h̄mõi. legas textũ euãgelii ⁊ scõꝝ expositões ⁊ inuenies. Ego em̄ in h̄ ⁊ in aliis vite xp̄i actib; inten/do vt in p̄ncipio tibi dixi aliq̄s meditatões tangere ſm q̄sdã imaginarias rep̄ñtatiões q̄s aia diuersimode ꝑcipe p̄t ſm q̄ gesta fu erũt ꝑ ipm̄. vel sic fuisse credi p̄ñt. De expo sitiõib; aũt raro intromittere me cogitaui. tũ qꝛ ad h̄ insufficiẽs sum. tũ etiaꝫ qꝛ nimis etiã longa materia. In p̄ñti ḡ negocio sis p̄ sens ⁊ ꝯspice bn̄ singl'a. qꝛ vt alias tibi dixi i h̄ est tota vis haꝝ meditationũ. Venerunt ḡ isti tres reges cũ multitudie magna ⁊ ho/norabili comitiua. ⁊ sunt an̄ illud tuguriuꝫ in q̄ natꝰ est dn̄s ih̄s. Dn̄a sentit strepituꝫ ⁊ tumultũ. ⁊ accipit pueꝝ. Intrãt illi domun culã ⁊ genuflectũt ⁊ adorãt dn̄m pueꝝ ih̄m reuerẽt. honorãt eũ regẽ ⁊ adorant vt dn̄m. Vide q̄ꝫ mag fuit eoꝝ fides. Quid ei erat credere q̄ i. le puerulꝰ sic vilit̄ indutus. cuꝫ paupcula mr̄e inuentꝰ. ⁊ in loco sic abiecto. sine societate. sine familia. sine oĩ ornatu eẽt rex ⁊ deꝰ verꝰ. Et tñ vtrũq̄ crediderũt. Ta les duces ⁊ talia primitiua nos oportebat h̄re. Stãt ḡ genuflexi corã eo. collocunt̄ cũ dn̄a. vel ꝑ interpretẽ vl̄ ꝑ seipos. qꝛ sapien/tes erãt. ⁊ forte linguã hebraicam sciebant. Querũt ab ea de cõditõib; istiꝰ pueri. Dn̄a narrat. ⁊ illi oĩa credũt. Cõspice bn̄ ipos qꝛ reuerent̄ ⁊ curialit̄ locunt̄ ⁊ audiũt. Cõspi/ce ⁊ dn̄am. qꝛ cũ rubore in v̄bis ⁊ oculis ad terrã demissis ac cũ verecũdia loquit̄. non delectat̄ loqui nec videri. Dn̄s tñ dedit ei vigorẽ in h̄ magno opere. Quia illi rep̄ñta bãt vniuersam ecclesiã futurã ex gẽtib;. Cõ spice ⁊ puerũ ih̄m. nõdũ loquit̄. sed stat cuꝫ maturitate. ⁊ grauitate tãq̄ intelligẽs. ⁊ be nigne respicit illos. ⁊ illi multũ delectant̄ i eo. tã visu mẽtali tanq̄ intꝰ edocti ⁊ illumi/nati ab eo. q̄ꝫ corp̄ali. qꝛ speciosus erat p̄ fi/liis hoim̄. Tandẽ ꝯsolatõe magna recepta offerũt eidẽ aurũ thus ⁊ mirrhã. apientes thesauros suos. ⁊ ponẽtes aliquẽ pannũ vl̄ tapetũ ante pedes dn̄i iesu obtulerũt. s. q̄li/bet illoꝝ illa tria in maxia q̄ntitate p̄cipue de auro. Alias em̄ ꝓ parua oblatõe ñ opor tuisset apiri thesauros. qꝛ parua de leui ha buissent ad manꝰ senascalli eoꝝ. Et tunc re uerent̄ ⁊ deuote osculati sunt pedes eius.

Quid si tunc puer sapientissimus vt eos magis cōsolaret᷑ ꝛ in amore suo roboraret porrexerat etiā deosculandū manū. Signauit etiā eos ꝛ bñdixit. Illi ḡ se inclinantes ꝛ valefaciētes cū magno gaudio recesserūt. ꝛ p aliā viā reuersi sunt ĩ regionē suam.

Quid aūt de auro isto factū putas qd̄ erat sic magni valorꝭ. Nunqd dña reſuauit sibi. vl̄ depositū fecit. vel nunquid emit domos. agros ꝛ vineā. Absit. nō curat de talibus paupṫatis amatrix. Zelans ḡ dña fortiter ꝑ paupṫate. ꝛ intelligēs filij volūtatē tā int⁹ docentꝭ ꝗ foris signa oñdentꝭ. quia vultū forte auertebat ab auro ꝛ vilipenderat. totū infra paucos dies paupib⁹ erogauit. Graue em̄ erat sibi sarcinā tenere vl̄ deferre. Uñ sic ista totalit̄ expenderat. ꝙ qñ intrauit in tēplū nō habuit vnde vnū agnū emeret quē offerret ꝑ filio. sed emit turtures vel colūbas. Unō rōnabile ē credere ꝙ magna fuit oblatio magoꝝ. ꝛ ꝙ dña zelans paupṫatē (qꝛ plena caritate) dedit eā pauperib⁹. Uides pconiū paupṫatis. ꝛ in duobus h attēde. Primo qꝛ hodie puer ih̄s elemosynā recepit vt paup ꝛ etiā mr̄ sua. Secūdo qꝛ nō solū nō curabāt acq̄rere vl̄ congregare. sed etiā q̄ dabant̄ retinere nolebāt. Semp in eis crescebat desideriū paupṫatis. Sed nunqd circa hūilitatē aliqd attendisti. Si bñ aduertit̄ etiā hūilitatꝭ cernit̄ ꝓfunditas. Sūt em̄ qui se viles ꝛ abiectos reputāt in aīo suo. ꝛ in ocul̄ suis nō extollunt̄. sed nō sic esse volūt in ocul̄ aliorū. nec patiunt̄ vilipendi ab alijs vl̄ derideri. ꝛ suā vilitatē vel defect⁹ nolūt alijs innotescere ne vilipendant̄. Non sic fecit hodie puer ih̄s oīm dñs. q̄ ꝛ alijs suis ꝛ sua vilia patere voluit. ꝛ nō paruis aut paucꝭ. sed magnis ꝛ multꝭ. s. regib⁹ ꝛ socijs eoꝝ ꝗ plurib⁹. Et ĩ tali casu ꝛ tpe in q̄ multū erat timendū. Nam cū illi venirēt vt inuenirēt regē iudeoꝝ quē etiā deū esse putabāt. dubitare poterāt ne talib⁹ de ip̄o visis reputātes se fatuos ꝛ delusos recederēt sine fide ꝛ deuotiōe. sed nō dimisit hūilitatꝭ amator. dans nob̄ exēplū ne sub spē alicui⁹ appentꝭ boni recedamus ab hūilitate. Et ꝙ discam⁹ etiā ĩ alioꝝ ocul̄ viles ꝛ abiecti velle apparere.

De mora dñe apud ꝑsepe. Cap. xj.

Expeditis igit̄ mag̃. ꝛ ꝑsus patriā suam regressis ꝛ totis eoꝝ oblatōnib⁹ erogatꝭ. adhuc stat dña mūdi cū puero suo ih̄u. ꝛ nutricio suo sctō sene Joseph apud ꝑsepe in illo locello patienter vsq̄ ad q̄dragesimā diē. ac si esset q̄dā mł̄r alia de ꝑplo. ꝛ puer iesus eēt hō pur⁹ ꝛ indigeret legis obſuatiōe. Sꝫ qꝛ nolebāt ꝓrogatiuas singl̄ares legē obſuabāt vt ceteri. Nō sic faciūt multi q̄ in cōi ꝯgregatōe degentes sibi speciales ꝓrogatiuas exigūt fieri. ꝛ ab alijs tāq̄ honorabiliores volūt in talib⁹ discerni. sed h nō patit̄ hūilitas ṽa. Stabat ḡ domina more aliaꝝ. dictā diē expectās ingressura in tēplū. Stabat vigil̄ās ꝛ attēta sup custodia dilecti filij sui. O de⁹ cū q̄nta solicitudīe ꝛ diligētia ip̄m gubernabat ne ĩ minimo eēt defect⁹. Cū ꝗta etiam reuerētia ꝛ cautela ꝛ q̄ timore ip̄m ꝯtrectabat quē sciebat esse deū suū ꝛ dñm suū. flexis genib⁹ accipiebat ꝛ iponebat eū in cunis. Cū quāta etiā iocūditate ꝛ cōfidētia. ꝛ auctē materna ip̄m amplexabat̄. osculabat̄. stringebat dulcit̄. ꝛ delectabat̄ in eo quē sciebat esse filiū suū. ꝗ sepe curiose intuebat̄ eū in vultu. ꝛ singul̄ partib⁹ ei⁹ sacratissimi corpis. ꝗ seriose ac pudent̄ tenella mēbra fascina cōponebat. Sicē em̄ fuit hūillima. sic fuit ꝛ prudētissima. Uñ in singul̄ off. eius ꝛ obsequꝭ vigilanti ꝛ dormiēti sedule mistrabat. nō solū infantulo sed grādeuo. O ꝗ libent̄ eum lactabat. Ut fieri potuit q̄n magnā etiam alijs femīs inexptā dulcedinē in tal̄ filij lactatiōe sentiret. Sꝫ ꝛ de sctō sene Joseph refert Berñ. se credere ꝙ puerū ih̄m sup genua sua tenēs eidē freq̄nt̄ arrisit. Stante ḡ dña apud ꝑsepe. sta ꝛ tu cū ea iuxta ꝑsepe. ꝛ delectare freq̄nt̄ cū puero iesu. qꝛ ṽtus exit ab ip̄o. Quelibet aīa fidelis ꝛ maxie religiosa ꝑsona. a die natiuitatꝭ dñi vsq̄ ad purificationē deberet saltē semel in die apud ꝑdictum ꝑsepe dñam visitare. adorare puerū ih̄m ꝛ mrēm ei⁹. affectuose meditari de paupertate. hūilitate ꝛ benignitate ip̄oꝝ.

De purificatiōe beate ṽginis. Ca. xij.

Ueniente aūt q̄dragesima die ꝑut in lege statutū erat. exijt dña cum puero iesu ꝛ ioseph. ꝛ iuerūt de bethleem in hierl̄m q̄ sunt q̄nq̄ vel sex miliaria. vt ſm legē sisterēt eū dño. Uade ꝛ tu cū eis ꝛ iuua portare puerū. ꝛ ꝯspice attēte singula q̄ dicunt̄ ꝛ fiunt. q̄ deuotissima sunt. Adducūt ḡ dñm tēpli ad tēplū dñi. Cumq̄ intrassent templū. emerunt duos turtures. aut duos pullos columbaꝝ vt offerrent ꝑ

eo sicut p paupib9 fiebat. Et qz erāt paupri mi. credendū magis de pullis colūbaz. qz z p minori pcio inueniunt. z iō in lege ponunt in vltio loco. z euāgelista tacet de agno qui erat oblatio diuitū. Et ecce symeon iust9 in spū venit in tēplū. vt sic rñsuz accepat videret xpm dñi. Cū aūt festinant veniēs vidisset eū. stati cognuit eū pphetico spū. z accelerans genuflexit z adorauit eū inter brachia mrīs. Puer aūt bñdixit eū z aspiciēs mrē z inclinauit se. oñdens se velle ad eum ire. q mr intelligēs cū uis admirās porrexit euz symeoni. Ille aūt gaudent z reuerent in vlnis suis eū recipiens surrexit. bñdicēs deū z dixit. Nūc dimittis suū tuum dñe zc. De pass. oī ipi9 pphetauit. Supuenit z ipa pphetissa anna z adorās eū. sil'r d ipo loqbatur. Maria vero de his admirās oīa zsuabat in corde suo. Deinde puer ihs extēdēs brachia vsus mrem. ad eā redijt. Postea vadūt ad altare pcessionē facientes q hodie repsentat p vniuersuz mōm. pcedūt alacrit illi duo venerabiles senes. s. Joseph z symeon tenētes se p man9. z cū exultatōe magna iubilantes z psallētes. Confitemini dño qm bon9 qm in secl'm zc. Fidelis dñs in oibus verb suis zc. Qm h est dñs de9 nr in eternū z in seculū secli. ipe reget nos in secla. Suscepim9 de9 miam tuā in medio templi tui. Sequit mr portās regē ihm. z anna sociat eā. vadēs ex latere cū reuerētia iubilans. et ipa gaudio indicibili laudās dñm Ab istis g fit pcessio. paucos qdez sed valde magna repñtantib9. qz de oī genere hoim sunt int eos. de masculis z femis. senib9 z iuuenib9. virginib9 z viduis. Cū aūt puenerūt ad altare. mr cū reuerētia genuflexit z offert dilectissimū filiū suū deo pri suo dicēs. Accipite pr excellētissime vnigenitū vrm. quem fm mādatū vre legis vob offero. qz pmogenit9 mrīs est. Sed rogo pr vt eū mihi reddatis. z surgēs dimisit ipm super altare. O de9 qlis est oblatio ista. nunqz a seclo tal' facta fuit nec fiet. Respice bñ singula. Stat puer ihs sedēs sup altare. sic qlibet ali9 puerulus. z facie matura respexit mrem. z alios z humilit et patient expectat qd deinceps fieri debeat. Adducunt sacerdotes z redimit dñs oim tanqz su9 qnqz siclis more aliorū. Siclus erat gen9 monete qb9 a ioseph sacerdoti solutis mater letant reaccepit filiū. Accepit etiā de manu ioseph pdictas aues vt eas offerat. z genuflectēs z tenēs eas in manu sua. eleuatis ocul' z in celū porrectis eas obtulit dicēs. Accipite clemētissime pr hāc oblationē z munusculū. z pmū donum qd paruul9 vr vob hodie de sua paupertate psentat. Sed z puer ihs man9 suas ad aues porrigēs. ocl'os ad celū leuauit. z nōduz loquēs gestib9 vnacū mre offerebat. z posuerūt eas sup altare. Uidisti qles sūt oblatores isti. mr z fili9. Nunqd potuit talis hostia cū uis pua repudiari. Absit. sed poti9 p man9 angelo z fuit in supma curia pñtata z valde acceptata. ita q tota curia iubilās exultauit. Postea g ipa scā discessit de hierl'm z visitauit Elyzabeth. volēs videre iohem priusqz de partib9 illis discederet. Uade z tu sp cū ea qcūqz ierit. z adiuua portare iesum. Cū g venisset ad eā. festū magnū fecerūt. et marie de pueris suis. Sed z pueri letabāt ad inuicē. z iohes qi intelligēs reuerēter se hēbat erga ihm. Accipe z tu reuerent iohez qz hic puer magn9 corā dño. si forte bñdixerit tibi. Aliqb9 aūt dieb9 ibi mora ztracta discedūt volētes ire nazareth. Si aūt in pdictis vis informari. de hūilitate z paupertate zsiderata oblatiōe z redēptōe ac legis obseruatiōe. de facili potes aduertere.

Tercia feria.

De fuga dñi in egyptū. Capl'm. xiij

Cum ergo pergerēt vsus nazareth nesciētes adhuc sup h zsiliū dñi. z q herodes pararet se ad necē pueri iesu. Angel9 dñi appuit ioseph i somnis dicens ei. vt cū puero z mre fugeret i egyptū. qz herodes volebat aiam pueri pdere. Joseph vero euigilās z excitās mrem dixit ei. Ipa incōtinēti surgēs nulla mora ztracta voluit iter arripe. zcussa eni sunt ad hāc vocē viscera ei9. z circa filij sui salutez nolebat negligēs inueniri. Ergo de nocte incōtinēti ceperūt ire vsus partes egypti. Cōspice z meditare pdicta z infra scpta. z quō puerū ihm dormientē eleuāt z zpatere ipis. z attende h diligent. qz multa z bona zsiderare potes in pñti negocio Prīo zsidera quēadmodū dñs in sua psona suscepit aliqñ pspera. aliqñ aduersa. Et cū sic tibi ztigerit nō sis impatiēs. Nā iuxta montē inuenies vallē. Ecce eni in natiuitate sua xps magnificat9 fuit a pastorib9 tāqz de9. z post partuz

parũ circũcisus fuit tanq̃ꝫ pctõr. deinde ve/
nientes magi cũ plurimum honorauerũt. ⁊
nihilominꝰ ipe in stabulo remanens stabat
inter bestias ⁊ plorabat vt cuiusdã homũcu/
li filiꝰ. postea p̄ntatꝰ erat in tẽplo quẽ multũ
extulerũt symeon ⁊ anna. ⁊ nũc ab anglo dĩ
ꝙ fugiat in egyptũ. ⁊ de multꝭ talibꝫ poterꝭ
in vita sua ꝑpendere q̃ ad nr̃am instructio/
nẽ possumꝰ retorq̃re. Cũ ḡ ꝯsolationeꝫ ha/
buerꝭ. tribulationẽ expecta. ⁊ ecõtra. Vñ in
eis nec extolli nec frãgi debemꝰ. Dat enim
dñs ꝯsolatões ad spem subleuãdã ne deui
emus. Et tribulationẽ ad hũilitatẽ ꝯseruan/
dã. vt cognoscẽtes miseriã nr̃am sp̄ i suo ste
mus timore. Ad nr̃am ḡ instructõnẽ hec fe
cisse. meditemur. ⁊ etiã vt se diabolo occul/
taret. Scdo ꝯsidera circa dei beneficia ⁊
ꝯsolatões ꝙ q̇ ea ꝑcipit nõ dꝫ se p̄ferre non
ꝑcipienti ⁊ q̇ nõ ꝑcipit nõ deijciat̃ anio. nec
h̄nti inuideat. Hoc dico. qꝛ angeloꝝ locuti
ones fiebãt ioseph. ⁊ nõ mr̃i. cum tñ lõge ea
esset inferioꝛ. Itẽ ⁊ q̇ ꝑcipit licet nõ ꝑcipiat
ꝓ suo velle. nõ dꝫ esse ingratꝰ nec murmura
re. cũ etiã ioseph q̇ tantꝰ erat apud deũ non
palã sed i somnis tales allocutiões ꝑcepit.

Tercio ꝯsidera quõ dñs ꝑmittit suos ꝑ/
secutõibꝫ ⁊ tribulatõibꝫ vexari. Tũc eñ ma
gna erat tribulatio mr̃i ⁊ ioseph. cũ viderãt
pueꝝ ad occisionẽ q̃ri. q̇d eñ grauiꝰ audire
poterãt. Et erat eis in h̄ tribulatio magna.
qꝛ licet scirẽt eũ filiũ dei esse. tñ poterat sen
sualitas eoꝝ turbari ⁊ dicere. Dñe deꝰ om
nipotẽs q̇d opus ẽ ꝙ iste tuꝰ filius fugiat.
Nõ potes hic eũ defendere. Et etiã in hoc
erat tribulatio ꝙ in t̃rã longinquã oporte/
bat eos ire quã ig̃rabãt. ⁊ ꝑ vias asꝑas cuꝫ
eẽnt inhabiles ad eũdũ. Dña ꝓpt̃ iuuẽtutẽ.
ioseph x̄o ꝓpter senectutẽ. ipe etiã puer quẽ
portare hẽbãt vix erat duoꝝ mẽsiũ. ⁊ ꝑegri
nari hẽbant in t̃ra aliena. ⁊ paupes q̄ nihil
h̄ntes. Oĩa eñ ista sunt afflictõis materia.
Tu ḡ cũ tribularꝭ patiẽtiã habe. nec credas
tibi ab eo ꝓuilegiũ dari. qδ nec sibi tribuit
nec mr̃i. Quarto ꝯsidera benignitatem.
Vides eñ quõ ⁊ q̃ꝫ cito ꝑsecutionẽ patit̃. et
fugã de t̃ra natiuitatꝭ sue. ⁊ tã benigne cedit
furori illiꝰ quẽ poterat ꝑdere in momento.
Profunda ẽ hec hũilitas. ⁊ patiẽtia magna
Nolebat eñ sibi vicẽ reddere nec offende/
re. sꝫ fugiẽdo insidias eiꝰ vitare. Sic ⁊ nos
facere tenemur obiurgãtibꝫ. s. vel rep̄hẽdẽ
tibꝫ vel ꝑseq̄ntibꝫ nõ resistere. vel de ipis vin

dictã expetere. sꝫ patient̃ eos portare ⁊ ipo/
rũ furori cedere. ⁊ qδ plus est ꝓ eis orare. vt
alibi dñs i euãgelio docet. Fugiebat ergo
dñs ante faciẽ s̃ui. imo potius s̃ui diaboli.
Portabat eũ mr̃ tenera ⁊ iuuenis valde. et
sctũs ioseph multũ senex in egyptũ ꝑ viam
siluestrẽ. obscurã. nemorosaꝫ. asperã ⁊ inha
bitatã. ꝑ viã etiã valde longam. Dicit̃ ꝙ ad
iter cursorꝭ sunt. xij. vel. xv. dieꝝ. ꝓ eis autẽ
fuit forte iter duoꝝ mensiũ ⁊ pluriuꝫ. Iue/
runt eñ vt dĩ ꝑ desertũ illud ꝑ qδ transiue
rũt filij isrl̃ in q̃ steterũt. xl. annis. Sꝫ quõ
faciebãt de victu secũ portãdo. Vbi etiam ⁊
quõ de nocte q̇escebãt ⁊ hospitabant̃. Ra/
ro eñ domos i illo deserto iueniebãt. Cõ/
necesse est vt satisfaciens idē sit q̄ pctōr. aut eiusdē generis. Alit nāq̄ nec adā nec gen⁹ ei⁹ satisfaciet p se Ergo sic̄ ō adā ꝛ eua pctm̄ in oēs hoies ꝑpagatū est. ita null⁹ nisi vl' ipi vel q̄ de illis nascit̄. p pctō hoim satisfacere debet. Qm̄ ergo illi nequeūt. necesse ē vt̄ de sit qui h̄ faciat. Ampli⁹. Sicut adā ꝛ totuz gen⁹ eius p se fecisset. sine sustentatiōe alterius creature si nō peccasset. ita oportet vt si idē genus resurgit post casuz. p aliū resurgat ac releuet̄. Nā p quēcūq̄ in statū suū restituat̄ p illū itaq̄ stabit p quē statū suū recuperabit. Ratio q̄re de⁹ humanā naturā p̄mitus fecit in solo adā. De⁹ etiaz qn̄ humanā naturā primit⁹ fecit in solo adam nec feminā (vt de vtroq̄ sexu multiplicarentur hoies) facere voluit nisi de ipso. aperte monstrauit se nō nisi de adam voluisse facere. qd̄ de natura hūana factur⁹ erat. Quapropter si gen⁹ ade p aliquē releuat̄ hoiem. qui nō sit de eodē genere. nō in illā dignitatem quā habitur⁹ erat. si nō peccasset adā. ꝛ ido nō integre restaurabit̄. ꝛ dei ꝑpositū deficere videbit̄. q̄ duo incōuenientia sunt. Ergo necesse est vt de adā assumat̄ hō. p quem restaurādū est gen⁹ ade. Pinge igit̄ in aio nō sup fictā vanitatē. sed sup solidā veritatē. ꝛ dic. q2 valde cōuenit. vt queadmodū hoīs pctm̄. ꝛ causa nr̄e pditōis p̄ncipiū sumpsit a femina. ita medicina pctī ꝛ causa nr̄e saluationis nascat̄ a femia. Silr̄ ꝛ hoc. Si ṽgo erat q̄ causa fuit hūano generi totius mali. multomagis decet vt virgo sit. q̄ causa erit tot⁹ boni. Hoc quoq̄ silr̄. Si mulier quā de⁹ fecit de viro sine femia. facta est de ṽgine. ꝯuenit valde vt vir q̄z qui fiet de femina sine viro fiat de ṽgine. Q magis cōuenit filio incarnari q̄ aliīs ꝑsonis. Nunc tibi quoq̄ dicendū est in q̄ ꝑsona de⁹ q̄ est tres ꝑsone hoiem assumat. Plures em̄ ꝑsone nequeūt vnū eundē hoiem assumere in vnitatē ꝑsone. q̄re in vna ꝑsona tm̄ hoc fieri necesse est. Sed de hac vnitate ꝑsone dei ꝛ hoīs et in qua ꝑsona dei h̄ magis fieri oporteat breuit̄ tango. Cur videlicet poti⁹ filīj ꝑsona debeat incarnari q̄ patris aut sp̄ussctī. Si q̄libet alia ꝑsona incarnet̄. erūt duo filīj in trinitate. fili⁹ sc3 dei q̄ ꝛ ante incarnationē fili⁹ est. ꝛ ille q̄ p incarnationē fili⁹ erit ṽginis. et sic erit in ꝑsonis (que semp eq̄les esse debēt) ineq̄litas s̄m dignitatē natiuitatū Digniorē nanq̄ natiuitatē habebit nat⁹ ex

deo q̄ nat⁹ de ṽgine. Itē alia rō. Est ꝛ aliud cur magis ꝯueniat filio incarnari q̄ aliīs ꝑsonis. q2 ꝯuenienti⁹ sonat filiū supplicare prī q̄ aliā ꝑsonaz alīj. Item. Homo p quo erat oratur⁹ ꝛ diabolus quē erat expugnaturus. ambo falsam similitudinē dei p ꝑpria voluntate p̄sumpserāt. Unde q̄si specialius aduersus ꝑsonaz filīj peccauerant. q2 vera prīs simil'itudo credit̄. Illi cui specialius fit iniuria. cōuenienti⁹ attribuitur culpe vindicta aut indulgentia. Quapropt̄ cū nos ratio ineuitabilis pduxerit ad hoc vt necesse sit diuinā ꝛ humanā naturam in vnā cōuenire ꝑsonaz. nec hoc fieri possit in plurib⁹ ꝑsonis dei. ꝛ hoc ꝯuenientius fieri pateat in ꝑsona verbi q̄ in aliīs. necesse est verbū deū ꝛ hoiem in vnā cōuenire ꝑsonā.

Leo papa. Igit̄ sempiterna ꝛ summa essentia. que se sic ad hūani generis inclinauit salutē. nos quidē in suā gloriā trāstulit. Sed qd̄ erat. esse nō destitit. Q em̄ verbū caro factū est. nō hoc significat ꝙ in carnem sit dei natura mutata. sed qd̄ a verbo in vnitatem ꝑsone sit caro suscepta. in cuius vtiq̄ nomie homo tot⁹ accipit̄. Unde vtriq̄ nature in suis ꝓprietatib⁹ pmanenti. tanta est vnitas facta ꝛ cōmunio. vt quicq̄d ibi ē dei. nō sit ab humanitate disiunctū. quicq̄d autē est hominis. nō sit a diuinitate diuisum. Verbū em̄ ꝛ aīa ꝛ caro in vnā cōuenere ꝑsonam. ꝛ hec tria vnū. ꝛ hoc vnuz tria sunt. nō in cōmixtione substātie. sed vnitate ꝑsone. Et in hoc homo cōsidera ꝙ cum origini humane multū dederit. ꝙ nos ad imaginem suā fecit. reparatōi nr̄e longe amplius tribuit. cū seruili forme ipe se de⁹ coaptauit Q min⁹ est mirabile hoiem ad diuina q̄ deū ad hoiem venire. Quis ei ex vna eadēq̄ pietate sit. q̄cq̄d creature creator impendit. min⁹ tn̄ mirū est hoiem ad diuia ꝑficere. q̄ deū ad humana descēdere. Quis em̄ ab impietate ad iusticiā. a miseria ad beatitudinē esset recursus. nisi ꝛ iustus ad impios. ꝛ beat⁹ inclinaret̄ ad miseros. Hic agit̄ de dignatiōe incarnatiōis. Libet idcirco in huiusmōi consideratione aliquantuluz imorari. eo ꝙ tam ipius obstupenda dignatio. qua nostrū sibi associauit iumentū. q̄ copiosa redēptio apud eū. q̄ hūilr̄ crucis subiuit tormētū. meditādi materiā ministrat habūdant̄. Nescio nanq̄ si vlla esse possit efficacior. ac suauior morū edificatio

ꝙ verbi incarnati fidelis ⁊ pia ꝯsideratio.
Quid em̄ hoīem sic excitare pōt ad amorē
dei ꝙ ꝑueniens amor dei tam ꝙ vehemēs
ad hoīem. vt hō ꝓpter homiem velit fieri.

Quid nutrit amorē dei ⁊ q̇d amorē ꝓxi/
mi. Quid aūt nutrit ita amorē ꝓximi. ꝙ
siſ̄itudo ⁊ natura ꝓximi in humilitate dei.
Nā humilitatꝪ exemplū nec cogitari posse
maius aliq̇d existimo ꝙ exinanitionē dei
in formā serui. ⁊ seruitutem plusꝙ serui.
Bern̄. Uenit igit̄ filiꝰ dei de corde pr̄is.
in vterū v̄ginis mr̄is. Uenit a summo celo
in inferiores ptes terre. De hinc agit̄ de
dignatione incarnatiōis. O inestimabi/
lis dignatio ⁊ penitꝰ inexcogitabil̄. ꝙ in car
ceris huiꝰ horrorē fetorēꝙ nr̄e mortalitatꝪ
tanta dignata est descēdere celsitudo. Mi/
ra querentꝪ dei dignatio. mira dignitas ho
minis sic q̄siti. in q̄ si gloriari voluerit. non
erit insipiēs. nō ꝙ aliq̇d esse videat̄ tanꝙ a
semet. ip̄o. sed ꝙ tanti fecerit eū ip̄e. Leo
papa. Agnosce igit̄ ex his dignitatē tuā.
⁊ diuīe consors factꝰ nature. noli in veterē
vilitatē degeneri ꝯuersatōe recidere Ber̄.
Omēs nanꝙ diuitie. oīs gl̄ia mundi. ⁊ q̇c/
quid ī eo ꝯcupiscit̄. minꝰ est ad hāc gloriā.
īmo nec aliq̇d in eiꝰ cōparatiōe. Guerrꝰ.
Q̄ in nullo sic se exinaniuit deꝰ q̄ntū in cō/
ceptiōe sua. Preterea nō tam admirāda.
ꝙ etiā obstupenda intueor in hac gl̄ia. Nā
cū humanaꝝ infirmitatū vl̄ iniuriaꝝ quas
ꝓ nobis ptulit diuīa dignatio sic tp̄e ꝑmā
sic etiā humilitate fere maximā existimo. ꝙ
in vtero cōcipi. in vtero nouē mensib; ma/
iestas illa incircūscripta passa est contineri.
Ubi em̄ sic se exinaniuit vt q̄i penitus a se/
ip̄o defecisse visus est. Tanto tp̄e nihil illa
sapiētia loquit̄. nihil illa virtꝰ manifestum
opat̄. nullo signo visibili maiestas que clau
sa latet ꝓdit̄. Nā in cruce visus est infirmꝰ.
vbi qd̄ infirmū fuit ip̄ius statim foris appa
ruit omib; homib;. qñ ⁊ moriens glorificat
latronē. ⁊ expirans inspirat centurionē. qñ
horarꝰ dolor passiōis eius nō solū cōpati
facit elementa creaturaꝝ. sed etiā cōtrarias
fortitudines subigit eternoꝝ passiōi dolo/
rū. In vtero sic est q̄i non sit. sic omp̄s virtꝰ
vacat q̄i nihil possit. ⁊ verbū eternū sub si/
lencio se premit. Guerrus Exinaniuit
igit̄ semetip̄m formā serui accipiēs. ⁊ cū to/
ta multitudine miserationū suaꝝ de thala/
mo ꝓsiliit v̄ginali. Dependet deꝰ ad vbera.
ponit̄ in ꝑsepe. ligat̄ in cunis. pannis īuol/
uit̄. ⁊ laxatis fasciolis felices manꝰ ⁊ sancta
brachia ꝑ cunarū paruitatē expādit. De
pauprimo circa dn̄i natiuitatē cultu. Nul
la ibi domꝰ ambicio vbi reclinatoriū in sta
bulo. mr̄ in feno. filiꝰ in ꝑsepio. Tale elegit
mundi fabricator hospicium. hmōi habuit
delicias sacre v̄ginis puerperiū. Pannicu/
li ꝓ purpura. ꝓ bisso in ornatu regio lacinie
congerunt̄. Genitrix est obstetrix. ⁊ deuota
dilecte soboli ip̄a exhib; clientelā. attrectat.
amplectit̄. iungit oscula. porrigit māmā. to
tū negociū plenū gaudio. nullus dolor. nul
la nature cōtūelia ī puerꝑio. Pedissequas
substātia familiarꝪ nō patit̄. mancipioꝝ ob
sequia sumptꝰ tenuis ⁊ inops mensa exclu/
dit. Nullū domus arta diuersoriū occulta/
bat. nec secreti recessus erant illiꝰ casule. in/
castraturā. tectū. ⁊ soli parietes ꝑ circuitum
vestiebāt. Nec ibi locꝰ erat lauacris q̄ solēt
puerperis ꝑparari. quippe nec aliq̄ nature
iniuria mr̄em dn̄i leserat. q̄ sine tormēto pe
pererat. q̄ in ꝯceptiōe caruit voluptate. Et
ꝙuis in ꝓpria venerit q̇ omnia ꝯtinet. q̇cq̇d
circa ip̄m vl̄ ip̄iꝰ genitricē impendebat̄ offi
ciū. nō tm̄ pauprimū extitit. sed etiā alienū.
Bern̄. Et de quo dicebat̄. q̇s deꝰ ma/
gnus sicut deꝰ nr̄. ⁊ magnitudinis eiꝰ nō est
finis. iam nō ꝑdicat̄ magnus dn̄s ⁊ lauda/
bilis nimis. sed paruꝰ dn̄s ⁊ amabil̄ nimis
Alludit vt paruus virgini mr̄i. arridet. et
blandientes oculos in mariam intorquet.
Stat pterrita tantis miracul̄ regina celo/
rū. confert in corde suo salutationē archan
geli. cōceptōnē dei. natiuitatē pueri. ⁊ mira
tur ꝙ ille q̇ sic potuit ad nos venire. sic vo/
luit subuenire. Et certe cū totꝰ sit dulcedo.
⁊ sic subuēire nob̄ voluit. dulciorē eū mihi
facit teneritudo mēbroꝝ. Dulcedo h̄ incō/
parabil̄. ⁊ pietas ineffabil̄. vt deū q̇ creauit
me. videā pueꝝ creatū ꝓpt̄ me. deusꝙ maie
statꝪ ⁊ gl̄e nō solū sit̄is mihi fiat corpis v̄ita
te. s; etiā miserabil̄. ⁊ velut hūane indigens
opis. appeat etatꝪ īfirme. O duricia cordis
mei. Quid h̄ facit. Amor certe dignitatꝪ ne
scius. dignatōe diues. affectu potēs. suasu
efficax. Q̄ amor solꝰ de deo triūphat.
Quid amore violētius. Triūphat de deo
amor. quia semetip̄m exinaniuit. vt scias a/
moris fuisse. ꝙ plenitudo effusa est. ꝙ altitu
do adequata. ꝙ singularitas associata ē.
Bernardus. Quid igitur ad hec dor/

mitat tua affectio. imo nō dormitat. sȝ mortua est. Ut te lucrifaceret. vt te ad amorem suū traheret. omnē plenitudinē diuinitatis in hoīem transfudit. Quō de⁹ trāsfusus sit in hoīem. Transfusum deū in hoīem dico. qꝛ nō ad mensurā datū homi video. nec de omni plenitudine sua penes deū aliquid resedit. qđ in hoīem cui vnit⁹ est nō effudit dū oīe qđ in diuinitatis thesauro pietatis inuentū fuit. totū in vtero ꝟginis aggestū. Ita eīm de⁹ fundit. deus amator tu⁹ in hominē effusus est. ꝙ tanq̄ a sua ꝓpria virtute sit exinanit⁹. dū videlicet ī ea hūilitate qua tibi ꝯsuluit. nō solū pr̄e. sed etiā seipso fact⁹ sit inferior. Que vero maior exinanitio in oculis videntiū. quid efficaci⁹ ad creatorē tuū reamandū. q̄ȝ ꝙ ꝓ te splendor glīe et figura paterne substātie. formā ꝑferat seruilem. ꝛ in ipa nō habēs speciē neq̄ȝ decorē.

Quātis de⁹ se exinaniuit. Qui eīm q̄si parū esset exinanit⁹ si homo solū fieret. sed etiā humane carnis ita fundit⁹ in se formā ꝛ speciē vacuauit. sapiam infatuauit. virtutem infirmauit. minuitq̄ȝ magnitudinē. vt ꝛ in natiuitate minimū. ꝛ in passione se nouissimuȝ virorum homib⁹ exhiberet. vnde nec reputauerūt eum. Obstupesce ḡ homo tanta ꝓ te mirabilia. tanta bn̄ficia ꝓ te exhibita. Cogita quantū te diligat. q̄ tanta dignat⁹ est facere ꝓ te. Cōsidera diligent̄ dominū sabaoth. q̄ celū ꝛ terrā implet. iacentē in p̄sepio infantulū. imo cui⁹ maiestati angusta est omis celi latitudo. pānis inuolutum. ꝛ q̄ in celis tonat. sub cui⁹ vocis tonitruo angelice ꝑtātes submittūt alas suas vagientē. vt ipius amoris ardore totus accensus. ad tanta bn̄ficia tua vsq̄ȝ huc ingratitudo erubescat. qꝛ ip̄e tuā naturā diuinevoluit associari in vna ꝑsona. nunq̄ȝ ab eo separandā in signū amoris. vt sic saltē euȝ amares a quo te agnosceres sic amari. Guerrus. Pro his semp grat⁹ esto. indesinenter grās age. ꝛ caue ne indignuȝ videri vel vt credas ꝯs dei filius femineis se inseruisse visceribꝰ. ꝛ maiestatē suā huic contumelie subdidisse. Quō nō fuit cū iniuria dei assūptio humane nature. vt nature carnis imixtus. in vero hūane substātie corpe nasceret̄. cū totū hoc opus non iniuria sit ipi⁹ sed potentia. nō credenda pollutio sed gloriosa dignatio. Si eīm lux ista visibilis nullis imundiciis quibꝰ suffusa fuerit violat̄. nec rad' oꝛ solis nitorē quē corporeā creaturā esse nō dubiū est. loca nulla sordentia vel cenosa ꝯtamināt. q̄đ illi⁹ sup̄ne sempiterne ꝛ īcorporee lucis essentiā potuit q̄libȝ sui qualitate polluere. q̄ se ei quā ad imaginem suā ꝯdidit sociādo creature. purificat. oneȝ ꝯstitit. maculā nō recepit. ꝛ sic sanauit vulnera infirmitatis vt nulla pateret̄ dāna ꝟtutis. O q̄ felix. ꝑinde. q̄ȝ amabilis natiuitas tua puer iesu. q̄ natiuitatē oīm emēdat. ꝯditiōeȝ reformat. ꝑiudiciū soluit. cirographū dānate nature rescindit. vt si quē piget dānabiliter esse natū. possit felicissime renasci Uere tu puer misericors. quē sola mīscdia puerū fecit. licet parit̄ mīscdia ꝛ veritas ī te obuiauerunt sibi. Uere inq̄ȝ tu misericors puer nat⁹ es nobis. nō tibi. lucra nr̄a nō augmenta tua nascēs de nob̄ q̄sisti. q̄ ad h̄ solum nasci dignat⁹ es. vt nos minoratōe tui pueheres. humiliatiōe glorificares. Dulce certe. ꝑinde dulce ꝛ sapidū cogitare. ꝛ recogitare pueꝝ deū. q̄n etiā efficax ꝛ oꝑatoriuȝ ad medendū ac dulcorādū (si q̄ in nob̄ est) petōꝝ amaritudinē. ꝑnīe austeritatē. Quid nō tēperabit illa dulcedo. q̄ morteȝ q̄ȝ facit dulcissimā. Et int̄ hec cōsiderata. ꝙ recurro ad h̄ qđ dulci⁹ sapit. ꝛ familiari⁹ adheret videlicet ꝙ iō voluit in silitudinē hoīm fieri. vt hoīb⁹ esset amabilior. Silitudo ei ad amorē efficaci⁹ oꝑat̄. Ideo nō me capio pre leticia. ꝙ illa maiestas naturā suam nature mee carnis ꝛ sanguis supuestit. ꝛ me miseꝝ in diuitias glīe sue nō ad horā sed in sempiternū includit. fit frat̄ me⁹ dn̄s me⁹. ꝛ timorē dn̄i fratris vincit affectus. Ideo dn̄e iesu libenter audio te regnantē in celis. sed libentius nascentē in terris. Hec enim meditatio rapit affectum meū. ꝛ huius memoria cōcalescit cor meū. viuentis ꝛ viuide potionis asperitate purgatū. Erat vtiq̄ȝ dn̄s meus inter angelicos ordīes. audiēs hymnū glorie sue admirabilis. illi mirabili creature faciēs mirabilia in celo ꝛ in terra. ī mari et in omnib⁹ abyssis. Ego autem in luto fecis ꝛ miserie obuolutus. miser ꝛ miserabilis. ꝛ omnem spem egrediendi perdideraȝ. Ille in gloria. ego in miseria. admirabilis ille ego miserabilis. Sanctum ꝛ terribile nomen eius. quod vix audeat illud dignior noīare natura. Nomē illud clausū ꝛ integrū. quō cape poterā. qđ vix angelic⁹ ocul⁹ ꝑspicere necduȝ ꝑspicere pōt. Ille qui erat

admirabilis agminibꝫ angelorum. īclinat celos. et fit ꝯsiliarius hoim. Maiestatiuū nomen. impꝯcatiuū effundit. et q̄ mirabilis ē in celis. ꝯsulere venit in terris. Abscondit purpurā sub miserie vestimentis. et ad lutū vbi iacebā inclinat nō mergit. Et si audeo dicere. infixus sum in limo ꝓfundi. Operi manuū suarū porrigit dexterā. de ꝓfundis aquarū extraxit. extractū abluit. ablutū induit. indutū reparat. reparatū cōfirmat. Porrigit dexterā cū nascit. cū loquit extrahit. abluit cū morit. induit cū resurgit. cū ascendit reparat. ꝯfirmat cū spm̄ sctm̄ emittit de celis.

Bern. De tribꝫ mixturis in assumptiōe humane nature. Et vt agnoscas plenius homo dignitatē tuā. agnoscas et gl'iam ꝯditionis tue vl' hūane. tria opa tres mixturas fecit omps illa maiestas in assumptiōe carnis nr̄e. ita mirabilit singl'aria. et singularit mirabilia. vt talia nec facta sint. nec facienda sint sup terrā. Cōiuncta sunt q̄ppe adinuicē deus et homo. mr̄ et virgo. fides et cor humanū. Admirabiles iste mixture. et omi miraculo mirabilius quō tā diuersa adinuicem poterūt ꝯiungi. Vis vitalis in arboribꝫ.

Huic limo terreno vim vitalē miscuit. vt in arboribꝫ. vnde surgit venustas in folijs. in floribꝫ pulchritudo. sapor in fructibꝫ et medicina. Vis sensibil' in pecoribꝫ. Adiecit etiā et vim sensibilem limo nr̄o vt ī pecoribꝫ. que nō solū iā vitā habeant. sed et sentiant q̄nqꝫpartita sensificatiōe vigentes.

Vis rōnalis in hoibꝫ. Addidit adhuc honorare limū nr̄m. et ei vim rōnalē cōiunxit. vt in hominibꝫ. q̄ iam nō solū viuāt. sentiant. sed et discernāt inter cōmodū et incōmodū. inter bonū et malū. et int verū et falsum. Voluit quoqꝫ adhuc infirmiora nr̄a habūdantiori gl'ia sublimare. et cōtraxit se maiestas. vt qd̄ meli9 habebat. videlicet seipm̄ limo nr̄o ꝯiungeret. miscerētqꝫ se inuicē deus et limus. maiestas et infirmitas tanta vilitas et sublimitas tanta. Aug9 De tribꝫ coniunctionibꝫ mirabilibꝫ. Et vide qꝫ si mirabilis fuit ꝯiūctio pⁱma. videlicet int aiam et corpus. sed mirabilior fuit scd̄a int deum et limū. nec min9 mirabilis erit et tercia. cū homo angelus et deus vnus erit spūs. Cōfundat ergo supbia hoim. et ad humilitatē dei nouerit de se hūilia sapere lutū. Bern. Nihil em̄ deo sublimius. nihil vilius limo. et tn̄ tanta dignatiōe descendit deus in limū. tantaqꝫ dignitate limus ascēdit in deū. vt quicq̄d fecit deus. limus fecisse credat. quicq̄d limus ptulit. deus ptulisse dicat tam ineffabili qꝫ incōuertibili sacramēto. Bern. Aduerte ergo homo q2 limus es. et nō sis supbus. q2 deo ꝯiunctus es. et nō sis ingrat9. Hic inchoat de passione et hūilitate pie redēptionis.

Verū qm̄ bona que largiri mortalibꝫ nō cessat misericors et miserator dn̄s. recolere et recolligere omia oi homini impossibile ē. id saltē qd̄ precipuū est et maximū opus videlicet redēptōnis a memoria tua aliq̄ten9 nō recedat. Aug9. Agnosce igit inq̄ntū valeas. et q̄ntū debeas. et dū preciū tui cogitas. tibi vilis esse desinas. Faustin9. Perspice homo quātū valeas. vt tandem inqꝫ vilis tibi esse desinas. vt p hoc erubescendis subiacere vicijs dedigneris. dū generositatē tuā de creatoris ac repatoris dignitate metiris. August. Reus nanqꝫ eris nō parui pcij sed sanguinis xpi. q̄ violas et maculas aiam xpi sanguie mundatā et passione redemptā. Leo papa. Memento cui9 sis capitis. et cui9 corpis mēbrū. Reminiscere q2 morte xpi erut9 de potestate tenebrarū. translat9 es in dei lumen et regnū. q2 preciū tuū sanguis est xpi. qui veritate te iudicabit. q̄ miscdia te redemit. Miserendi em̄ nr̄i deus causam nisi in sua bonitate nō habuit. et mirabilior est scd̄a hominū generatio qꝫ pⁱma ꝯditio. Quia plus est ī nouissimis seclis repasse deū qd̄ perierat. qꝫ a pncipio fecisse qd̄ nō erat. Bern. in sermone Memēto te. et si de nihilo factū nō tn̄ de nihilo redemptū. Sex diebꝫ cōdidit omia. et te int omnia. At uero p triginta tres annos opat9 est salutē tuā in medio terre. O quantū laborauit. sustinēs carnis necessitates. hostis temptatōes. Quis vero incetera digne penset quāte fuerit hūilitatis. mansuetudinis. dignatōnis. dn̄m maiestatis indui carne. mulctari morte. turpari cruce. Nunq̄d nō valuit opus suū repare absqꝫ ista difficultate. Valuit. sed maluit cū iniuria sui. ne pessimū atqꝫ odiosissimū viciū ingratitudinis vltra repiret in homie. Sane multū fatigationis assumpsit. quo multe dilectionis hoiem debitorē teneret. cōmoneretqꝫ gratiarū actiōis difficultas redemptionis. quē min9 esse deuotū fecerat ꝯditionis facilitas. Quid em̄ dicebat homo creatus et ingrat9. Gratis quidē conditus sum.

sed nullo gvamie auctoris vel labore. Siquidē dixit ꝛ facta sunt. quēadmodū vniuersa. Quid magnū est quālibet magna qd̄ in sibi facilitate donauerit. Sic bn̄ficium creatoris attenuās hūana impietas. ingratitudinis materiā inde sumebat. vnd̄ amoris cām hr̄e debuerat. Idq̄ʒ ad excusādas excusationes in peccatis. Sed luce clarius ptʒ. q̄ntū hō ꝑ te fact⁹ dispendium fecit. de dn̄o suus. de dei filio hoīs filius fieri non despexit. Bern̄. de deo. Et qui te semel tm̄ ꝛ solū dicendo fecit. in reficiēdo ꝑfecto multa ꝛ gessit mira ꝛ pertulit dura. Nec tm̄ dura. sed etiā indigna. Et iō licet multum possit hoīem incitare ad amādū deū. ꝙ ipse eū fecit. tn̄ multo ampl⁹ debet eū incitare. ꝙ ip̄e eū refecit. qꝛ nō tam facile refectus q̄ȝ fact⁹. Ex hō nō suff.cit ad retributionē.

Quid ḡ retribuā dn̄o. ꝑ oīb⁹ q̄ retribuit mihi. In p̄mo ope me mihi dedit. i scd̄o se. ꝛ vbi se dedit. me mihi reddidit. Dat⁹ ergo ꝛ reddit⁹. me ꝑ me debeo. bis debeo. quid deo retribuā ꝑ se Nā ēt si me milies repēdere possem. qd̄ sum ego ad deū. Quid igitur magnuʒ tanto recōpensat amori. si puluis exiguus totū se ad reamādū collegerit. qd̄ illa nimirū maiestas in amorē ꝓueniēs. tota in opus salutis ei⁹ incēsa ꝯspicit. Ansel. Ecce dn̄e qꝛ tu me fecisti. debeo meip̄m amori tuo totū. qꝛ me redēisti debo meip̄ʒ amori tuo totū. qꝛ tanta ꝓmittis. debeo meip̄ʒ amori tuo totū. Immo ꝛ intātū debeo. pl⁹ q̄ȝ meip̄m. Et hec tria cōsidero in q̄b⁹ tota spes mea ꝯsistit. Bern̄. sup miscd̄ias dn̄i.

In charitate adoptiōis. veritate ꝓmissionis. ꝛ ꝑtāte redēptiōis. Scio igit cui credidi ꝛ cert⁹ sum. qꝛ in charitate nimia adoptauit me. qꝛ verax in ꝓmissione. ꝛ qꝛ potens in exhibitione. Hugo. Cogita igit q̄ntū diligat te. qui tanta ꝑtulit ꝑ te. ꝛ tanta facere dignat⁹ est ꝓpt te. ꝛ q̄ tanta tibi dare ꝓmittit. De dulcedīe dei circa hoīem vt incitet eū ad amorē suuʒ. Primo nāq̄ʒ pulcher fact⁹ fueras ei⁹ munere. postmodū vero fed⁹ fact⁹ es tua iniq̄tate. Sʒ iterʒ mūdat⁹ es. ꝛ formos⁹ fact⁹ es ei⁹ pietate. opante tn̄ vtrobiq̄ʒ charitate Olim cū non esses dilexit te vt ꝯderet te. postea cū fed⁹ fact⁹ esses dilexit te vt pulchrū faceret. ꝛ vt ostēderet tibi q̄ntū te diligeret. nō nisi moriēdo a morte te liberare voluit. vt nō tm̄ pietatis impenderet beneficiū. verʒ etiā charitatis ostenderet affectū. imo ꝛ tam sincera caritate te diligit. ac si semꝑ cum eo ꝑstitisses. nec exprobrat tibi reatū. nec improperat tibi bn̄ficiū. Bern̄. sup cantica. Et si deinceps cum eo fidelit ꝑseuerare. ip̄m q̄ʒ vt decet amare. vt tuū illi amorē incōtaminatū seruare volueris. maiora priorib⁹ se daturū ꝓmittit.

De gemina dulcedīe in pectore iesu xp̄i.

Quia gemina dulcedo suauitatis exuberat in pectore iesu. longanimitas videlicet i expectādo. ꝛ in donādo facilitas. Ad h̄ siquidem diu suspendit sniam vltionis a ꝯtemnente. vt q̄n̄q̄ʒ grām exhibeat remissiōis in penitente. Nō vult em̄ mortē pctōris. sʒ vt cōuertat ꝛ viuat. De penitēdi facilitate audi. Quacunq̄ʒ hora pctōr ingemuerit. peccatū suū remittet ei. Et dauid paucis cōprehendit vtrūq̄ʒ. Longanimis inq̄t ꝛ misericors. Ex dei miscd̄ia nr̄am supat miseriā

Et ideo misericors est ꝙ tardius videt ei pctōri veniā dare. q̄ȝ ip̄i peccatori accipe. Sic em̄ festinat absoluere reū a tormento ꝯscientie sue. q̄ plus cruciet eū passio miseri. q̄ȝ ip̄m miserū passio sua. Hugo. Et vt h̄ euidenti⁹ intelligas attende. Abieras siquidē ꝛ pieras. Et qꝛ in peccatis tuis venundat⁹ eras. vltra se continere nō potuit. Uenit igit ille post te vt redimeret te. ꝛ tm̄ dilexit te vt sanguinis sui preciū appēderet ꝑ te. taliq̄ʒ pacto ꝛ reduxit de exilio. et redemit de seruicio. Nulla ḡ dilectio maior. nullus amor sincerior. nulla charitas sanctior nullus affect⁹ ardentior. Mortu⁹ est ꝑ te innocens. nihil qd̄ in te amaret inueniens. O cor induratū. cor plus q̄ȝ lapideū. eo ꝙ i morte amatoris tui quā ꝑ amore tuo sustinuit. ꝛ petre scisse sunt. ꝛ monumēta aperta sunt. Cur nō datū est mihi intelligere deū creatorē meū ꝑ amore meo q̄ infatuatuʒ. ꝛ tanq̄ȝ ad nihilū videre redactū. Hugo.

Quid nā inuenisti in me dn̄e de⁹ ꝙ diligeres. ꝛ tm̄ diligeres vt moreris ꝑ me. Bern̄. Quid tale in me iuenisti ꝑ q̄ tanta ꝛ tā dura ꝛ dira sustinere voluisti. O bone iesu. si mihi sapet etiā p̄ter hec. q̄ȝ dulcit cuʒ hoīb⁹ ꝯuersat⁹ es. q̄ȝ magna etiā habūdanter eis largit⁹ es. dura ꝛ aspera ꝑ eis passus es. dura v̄ba. duriora verbera. durissima ꝛ horrenda crucis tormēta. Flagellis cesus. spinis coronat⁹. clauis ꝯfossus. patibulo affixus. obprobrijs saturat⁹. oīm tn̄ immemor dolorum. ait. Pr̄ ignosce illis. Expāsis pedis in

cruce manib9.dedit risuz malignātib9.z fle/
tū fidelib9.factusq; omib9 ē derisui. q̄ solus
potuit esse terrori. Quid igit̄ mag' admiran/
dū.q̄d ampli9 detestandū.q̄d grauius puni
endū.q̄ꝫ q videns dei filiū. summū i regno
angeloꝝ.nouissimū in regno hoim.apponit
se magnificare hō sup trā. Quid supbis ter
ra z cinis. Quāto em̄ se minorē fecit in hūi/
litate.tāto se maiorē ōndit in bonitate. z q̄n
to p te est vilior.tanto tibi debz esse carior.
Que maior iniqtas q̄ꝫ vt inde creator a te
ptēnat̄ vñ plus amari merebat̄. Attēde a/
morē q̄ se totū tibi impendit.nihil sibi reti/
nens. Attende z humilitatē q̄ suiuit tibi.ni
hil sibi dñatiōis vendicās. Bern̄. Pri
mo oia sua tibi dedit.dehinc z seipm expo
suit vtilitatib9 tuis.nō parcēs sibi ppt te.in
ieiunijs mult̄.in laborib9 freqnt̄.in vigilijs
supra modū.in fame z siti.etiaz in frigore z
nuditate. Leo papa Nā oēs infirmita
tes nr̄as q̄ veniūt de pctō absq; pcti cōmu/
nione suscepit.vt est famis ac sitis.somni z
lassitudinis.meroris ac flet9.affectiōib9 nō
careret.doloresq; seuissimos.vsq; ad mort̄
extrema pateret̄. Ministeriū suo suū imple
uit hūilians semetipm.z obediēs fact9 pr̄i
vsq; ad mortē.mortē aūt crucis. Sed paꝝ
tibi forte videt̄.q cū esset fili9 z coeq̄lis.tā/
q̄ꝫ suus seruiuit pr̄i. si nō z seruo suo.pl9 q̄ꝫ
seruus seruiuit. Fact9 quidē erat hō vt cre
atori seruiret Et q̄d iustius q̄ꝫ vt suias illi a
quo creat9 es.sine q̄ nec esse potes. Et quid
beati9 aut sublimi9 q̄ꝫ seruire illi cui seruire
regnare ē. De hūilitate creator' z supbia
hoīs. Nō suiā inq̄t hō creatori. Ego igit̄
seruiā tibi creator hoim Tu recūbe.ego mi
nistrabo.ego tibi pedes lauabo. Tu qesce.
ego languores tuos ferā.z infirmitates tu
as portabo. Utere me vt libet in oī necessi/
tate tua.nō mō vt seruo tuo.sed etiaz vt iu/
mento tuo.vt peculio tuo. Si fatigat9 aūt
z onerat9 es.ego te z on9 tuū ferā.vt legem
meā p̄mus impleaz. O duricia cordis mei.
ad dignationē tantā tā inopinatā. O dete/
stabilē supbiā hoīs seruire ptēnent̄. Dor/
sum etiā posuit ad flagella.z plagis vapula
uit nō paucis.nec paruis. Indicio sunt ri/
uuli sanguinis.q̄ de tot ptib9 pfluūt corpis
Cōtumelia z tormēto interrogat9 fuit.velu/
ti suus aut latro. Subdit̄ q̄stioni.q̄ confes
sio extorq̄bat̄ criminis. Nūq; igit̄ recedat a
memoria tua tā indebita miseratio.tā pbata

dilectio. Ansel. Maxima cā q̄re debem9
diligere deū. Scio nāq; dñe. qz licz mul
te sint cause.multe sint rōnes.q̄re te debere
mus diligere.nulla tñ maior cā. nulla cogē
tior rō.q̄ꝫ nr̄e redēptōis mod9. Debem9 di/
ligere te.qz nos creasti.qz nutristi.qz pascis
z vestis. Cur maxie debem9 diligere deū
Sed ido maxime.qz redemisti nos tali
modo.s.morte tua. z tali genere mortis qd̄
tūc tpis erat vilissimū gen9 mort̄ q̄ punie/
bant̄ latrones.z illi q̄ magna scelera cōmise
rant. Quāto em̄ abiectiora p hoib9 pati di/
gnat9 es.tanto magis ab hoib9 honorari z
diligi dign9 es. Quis em̄ tāte duricie est et
obstinatōis.vt nō possit animū suū inclina
re ad te diligēdū.q̄ tm̄ dilexisti nos vt nos
lauares a pctis nr̄is in sanguie tuo. Quis
est q̄ nō possit feruenti9 z diligēti9 et dulci9
diligere.qñ recordat̄ q i cruce brachia tua
expandisti.desiderās nos amplecti.z recipe
oēs qui ad te pfugere volūt. Bern̄. In
nullo vero clari9 q̄ꝫ vulnerib9 tuis eluxit.q
tu dñe suauis et mitis et multe miscōie.
Quid sup oia amabilē reddat dñm iesum
xpm. Idcirco sup oia reddit te amabilez
mihi o bone iesu.calix quē bibisti.op9 redē/
ptiōis nr̄e. Hoc oīno amorē nr̄m vendicat
facile totū sibi. Hoc inquā est qd̄ nr̄am de/
uotionē z blandi9 allicit.z iusti9 exigit.z ar/
tius stringit.z afficit vehemēti9. Multū q̄/
dē laborauit in eo saluator.nec in oī mūdi
fabrica tantū fatigatōis auctor assumpsit.
In dictis suis sustinuit ptradictores.in fa
ctis obsuatores.in tormētis illusores.z in
morte exprobratores. Cū igit̄ deuoueris
q̄cq̄d es.q̄cq̄d potes.nōne sic est q̄i stella ad
solē.q̄i lapillus ad montē.z q̄i gutta ad flu/
uiū. Et q̄cq̄d facim9 nihil ē ad cōparatio
nē bñficioꝝ dei in sua passiōe. Si ppen/
deris q̄ꝫ multa z q̄ꝫ multis debeas.videres
q̄ꝫ nihil sit qd̄ facis.q̄ꝫ nec etiaz int̄ minima
cōputandū ad cōparationē debitorū tuorūz.
Et si nescieris z scire volueris. respice men
tali oculo.q̄nto remuneratōis debito astrī
garis dño patienti. Bern̄. Uolue z re/
uolue dñicū corpus.a latere vsq; ad lat9.a
sūmo vsq; deorsum.z vbiq; inuenies dolorē.
Respice sudorē sanguineū.alapaꝝ ptume/
liā.flagelloꝝ instantiā. spineā coronā. sputē
ludibria.crucis angariā. patibuli suspendi
um.oculos languentes.oris pallorē.fellita
cibaria.acida pocula.caput iclinatuz.geni/

culationes irrisorias. titulū famosuȝ. vestimenti sortē. geminatū crucifige. Quid plura. Vilissimū mortꝭ suppliciū. ꝛ pbra nefandissima Vide xp̄m in cruce pendentē. capitis inclinationē ad osculū. brachioꝝ extensionē ad amplexū. laterꝭ aptoēm. ꝛ totiꝰ corporis ꝯfixionē ad affectū. Cōsidera filium ṽginis illitū sputis. liuidū plagꝭ. clauis cōfixū. Attende rectorē celi stantē in cruce. pallidū in morte. carne deformē. Ne ptrāseas dn̄m angeloꝝ. virū pcussuȝ a deo ꝛ hūiliatū virū q̄i leprosū ꝛ oibꝫ detrimētis expositū. Copiosa nāq̄ apud eū redēptio. Et hec copiosa. qꝛ p q̄nq̄ partes de corpe eius vnda sanguis emanauit. cū ad redēptōeȝ totiꝰ orbis vna p̄ciosissimi sanguis sui gutta sufficeret. Sed iō data est copiosa. vt virtꝰ dilectionis in bn̄ficiȳ redundatōne clarescerct. Agnosce etiā q̄ȝ grauia sunt illa vulnera p q̄bꝫ necesse fuit xp̄m dn̄m vulnerari. Si h̄ nō essent ad mortē. mortēq̄ȝ sempiṫnā. nūq̄ȝ p eoꝝ remedio dei filiꝰ morereť. Hugo. Hec q̄nti valeāt freq̄nť cogita. ꝛ ī ista tera charitatꝭ appende. ꝛ q̄cq̄d amorꝭ impendendū habes. illi repende. Inspice diligēť vulnera pendentis. cicatrices resurgentis. sanguinē morientꝭ. p̄ciū credentꝭ. cōmertiū redimentꝭ. Bern̄. Et qꝛ filiꝰ dei occidi iubeť. vt p̄ciosi sanguinis sui balsamo vulneribꝫ tuis medereť. nūq̄ȝ a corde tuo recedat. q̄tenꝰ toto tibi figať in corde. q̄ p te totꝰ fixus est in cruce. De triplici vilitate xp̄i in ip̄iꝰ passiōe. In q̄ xp̄i fixione tria diligenť ꝯsidera. vt illi artiꝰ p amorē adhereas triplicē videlicet vilitatē. triplicē asperitatē. ꝛ triplicē pauptatē. Prima vilitas fuit alaparū ꝛ colaphorū ꝛ arūdinis pcussio. tanq̄ȝ in ribaldū. Scd̄a fuit maior. s. tanq̄ȝ in busonē vl' aliq̄d sordidū aut fetens sputi screatio. Tercia fuit maxima. videlicȝ inť latrones mortꝭ turpissime ꝯdēnatio. De triplici asperitate in christi passione. De triplici autē aspitate vide diligenť. Pria asperitas fuit spinaꝝ p mediū cutis capitꝭ ad modū corone crudelis infixio. Scd̄a erat maior totiꝰ videlicet corpis vsq̄ȝ ad sanguinis effusionē illigatū ꝛ nō potentem ire q̄ vellet crudelior flagellatio. Tercia vero et maxima oīm mēbroꝝ in cruce violētissima distēsio. maxime cū talē distensionē comitata fuerit manuū ꝛ pedū crudelissima trāsfixio. Naȝ si ad se mēbra traheret. p̄pria vulnera ī loco sensibilissimo vt ita dicā pter neruoꝝ sensibilium ꝯcursum. ꝛ causam mortꝭ augmentaret. Si aūt distenta pmitteret. dolorē ex distensione. vel q̄si dislocationē oīm iuncturarū sentiret. Nā non sunt veriti mēbra eiꝰ intantū distendere. vt oīa ossa eiꝰ possent dinumerare. De triplici pauptate ī ip̄iꝰ passione. De pauptate vero ꝯsidera. Prima pauptas fuit. q̄ tantū nō habebat q̄ in p̄pria domo suū caput reclinare posset. Secunda vero maior iuxta crucē. q̄ vestes nō habebat quibꝫ mēbra tegere posset. Anselmus. De hūana redēptione. Tercia autē maxima q̄ nec spaciū pedis voluit in terra habere. vnde in aera ascendit. qn̄ in cruce p te pendere voluit. Tn̄ in his omibꝫ nō est diuīa natura hūiliata. sed hūana est exaltata. Nec est illa īminuta. sed ista est misericordiť adiuta. Nec hūana natura in illo hoīe passa est aliq̄d vlla necessitate. sed sola libera volūtate. Nec vlla cogente obediētia. sed potenti disponēte sapīa. Nō eēm ille pater vt moreretť cogens p̄cepit. s; ille q̄d patri placiturū ꝛ oibꝫ pfuturuȝ intellexit. h̄ sponte fecit. Nec eū ad hoc pr̄ potuit cogere. q̄d ab eo exigere n̄ debuit. Sic itaq̄ȝ pr̄i obedientiā l bera exhibuit cui h̄ placiturū sciuit sponte facere voluit. Deniq̄ȝ qn̄ pater hanc bonā illi voluntatē. q̄uis liberam dedit. nō īmerito diciť qꝛ eā velut p̄ceptū patris accepit. Hoc itaq̄ȝ mō obediēs fuit patri vsq̄ȝ ad mortē. ꝛ sicut mandatū dedit illi pr̄. sic fecit. ꝛ calicē quē dedit illi pater. bibit.

Que sit pfecte hūane nature obediētia.

Hec est eēm pfecta ꝛ liberrima hūane nature obediētia. cū volūtatē suā liberā spōte volūtati di s̄bdit. ꝛ cū acceptā bonā volūtatē sine oī exactiōe. spōtanea libtate ope pficit. Sic hō ille redemit oēs alios. cū h̄ q̄d spōte dedit deo cōputat ꝛ p debito q̄d illi debebāt. Quo p̄cio nō semel tm̄ a culpis hō redimiť. sed etiā q̄ciēs cū digna pn̄ia redierit recipiť. q̄ tn̄ pn̄ia peccanti nō pmittiť. Letare igiť p libertate tua. ꝛ esto sp gratꝰ illi. q̄ sic gratꝭ sua morte ad vitā te restaurauit. Sȝ o tu dn̄e. tu q̄ vt ego viuerē morte suscepisti quō letabor de libertate mea. q̄ nō ē nisi de vinculis tuis. Qualiť gratulabor de salute mea. cū nō sit nisi de doloribus tuis. Quō gaudebo de vita mea. q̄ nō est nisi de morte tua. An gaudebo de his q̄ passus es. et de crudelitate illoꝝ q̄ eā tibi fecerūt. q̄m nisi il

li fecissent. tu passus non esses. Et si passus
nō esses: hec mea bona nō essent. Sed cer/
te illoꝝ neqcia nihil facere potuit. nisi qḋ tu
sponte pmisisti. Nec tu passus es. nisi q꞉ tu
pie voluisti. Ergo tu pctōr redēpt⁹ illoꝝ cru
delitatē dimitte dei iudicio. ꝛ tracta de his
q̄ debes saluatori tuo. Intuere necessitatē
tuā ꝛ bonitatē ei⁹. ꝛ vide q̄s grās reddas. ꝛ
q̄ntū debeas amori eius. Hugo. O si
attēderes q̄t ꝛ q̄les in cōparatione tui abiecti
sunt. q̄ hanc q̄ tibi data est grām p mortē vi
delicet filij dei ꝯseq̄ nō potuerūt. Certe au
disti ab initio vsq꞉ in hāc diē. q̄ multe gene
ratiōes hoīm pierūt. q̄ ēt oēs sine cognitōe
dei. ꝛ pcio sue redēptiōis in interitū sempi
ternū dilapse sunt. ¶ Ꝺe⁹ sola caritate p̄
fert te oīb⁹ homib⁹ q̄ ab initio extiterūt.
Omib⁹ illis redēptor ꝛ amator tu⁹ te p̄tu
lit. q̄ñ tibi hāc grām largit⁹ est. quā null⁹ ho
minū pcipe meru t. Et q̄d dices. Quare pu
tas plat⁹ es oīb⁹ illis. Nunq̄d tu fortior ill'.
nunq̄d tu sapiētior. nūq̄d nobilior. nūq̄d
ditior oīb⁹ illis fuisti. q꞉ hāc p̄ oīb⁹ illis spe
cialē grām sortiri meruisti. Quot fortes. q̄t
sapiētes. q̄t nobiles. q̄t diuites ibi fuerūt. et
tñ vniuersi relicti ꝛ abiecti pierūt. ¶ He be
neficia oīa ex sola gratuita saluatoris chari
tate homini collata sunt. Tu sol⁹ p̄ oīb⁹
illis assumpt⁹ es. Et q̄re h̄ in te factum sit.
nullā p̄ter gratuitā saluatorꝭ tui charitateꝫ
cām inuenire poterꝭ. Elegit ḡ ꝛ pelegit te in
oīb⁹. ꝛ assumpsit te ex oīb⁹. ꝛ amauit te p̄ oī
bus. Nomie suo vocauit te. vt mēoriale ei⁹
semp esset apud te. Uoluit te participē esse
in noīe. participē esse in noīs ꝟitate. q̄ñ vn
xit te illo q̄ ꝛ ip̄e erat vnct⁹ oleo leticie. vt ab
vncto sis vnctus. q̄ a xp̄o dicerꝭ xp̄ian⁹. Ad
huc diligenti⁹ ac plenius attende q̄nta tibi
ꝯtulit hic amator tu⁹ vt in oī statu. oīni tpe.
ip̄i⁹ bñficia. atq꞉ circa te sollicitudinē reco/
gnoscas. Semp cogita q̄ntā tecū misc̄diaꝫ
fecit. ꝛ in h̄ ppende q̄ntū ab ip̄o diligeris. q꞉
ei⁹ beneficiū nunq꞉ tibi defuisse cognoscis.
Nō eñ tibi int̄ cetera paruū estimādū ē be
neficiū. q꞉ bñ vtens malo parētū tuoꝝ crea
uit te de carne illoꝝ. ꝛ inspirauit in te spira/
culū vite. discernēs te ab illis. q̄ vel aborti/
ui. piecti sunt ab vtero. vel q̄ int̄ materna vi
scera suffocati pene videnꝭ ꝯcepti nō vite.

Breuis recapitulatio bñficioꝝ dei tibi
a natiuitate collatoꝝ. Quid etiā q꞉ inte/
gra tibi ꝛ sana mēbra creauit. ne esses parē/
tib⁹ tuis dolori. obprobrio alienis. Ma/
gnū certe ꝛ hoc. Sed quō illud q̄nte boni
tatis fuerit estimabis. q꞉ eo tpe ꝛ inter tales
nasci voluit. p q̄s ad fidē suā ꝛ sacra pueni/
res. Uide innūerabilib⁹ milib⁹ hoīm h̄ ne/
gatū. qḋ tibi gratularꝭ esse cōcessum. cū q̄b⁹
tecū cū vna esset eadē q꞉ ꝯditio. illi derelicti
p iusticiā. tu vero vocat⁹ es p grām. Proce
de ꝛ adhuc intuēdo mun⁹ ei⁹ fuisse q꞉ edu/
cat⁹ a parētibus fuisti. q꞉ te flāma nō lesit. q꞉
nō absorbuit aqua. q꞉ nō vexat⁹ a demone.
q꞉ nō pcussus a bestijs. q꞉ pcipicio nō necat⁹
q꞉ vsq꞉ ad ꝯgruā etatē in ei⁹ fide et tuitione
nutrit⁹. Hugo. Ecce nat⁹ es. fons ba/
ptismi tibi posit⁹ est ꝛ lauacrū regeneratio/
nis. in q̄ sordes p̄teritoꝝ criminuꝫ abluis.
Deinde crisma ꝛ oleū. in cui⁹ vnctione spū
sctō liniris. Recapitulatio sacroꝝ q̄ tibi
a natiuitate ꝛ deinceps collata sunt ad or/
natū. Post hec delibut⁹ ꝛ in vnctiōe pfu
sus. ad mēsam venis. ꝛ pcipis ibi alimentū
corpis ꝛ sanguinis xp̄i. q̄ interi⁹ saginat⁹ ꝛ re
fectus. norā illā p̄teritoꝝ ieiunioꝝ depellꝭ.
ꝛ pristina pulchritudine atq꞉ fortitudie re/
parat⁹. rursus q̄dāmō iuuenescis. Deinde
vestimēta bonoꝝ opeꝝ induis. ꝛ cū ieiunijs
cū vigilijs. a'ijs q꞉ opib⁹ misc̄die. vel pietatꝭ.
q̄i vario ornatu decoraris. Ad vltimum se/
quunꝭ aromata virtutū. q̄ꝝ odor suaue spi
rans. oēm illū ant q̄rū sordiū fetorē fugat.
ita vt q̄dāmodo tibi tot⁹ mutari. ꝛ in alium
trāsformari videarꝭ. ꝛ magꝭ let⁹. magis ala/
cris. magꝭ sospes efficiarꝭ. Dat etiā tibi spe/
culū sctā scriptura. vt ibi vides faciē tuā. vt
neq꞉ min⁹ neq꞉ aliṫ q̄ deceat habeat cōpo/
sitio ornat⁹ tui. Quid dicꝭ igitur hō. Scis
vtrū ne aliquid hoꝝ pcepis. Certe in fonte
ablut⁹ fuisti. certe crismatꝭ vnctionē pcepi/
sti. certe de mēsa xp̄i p̄ciosum cibū comedi/
sti. sed forte iteꝝ pollutus es. habes lachry
mas q̄b⁹ te iteꝝ abluas. ¶ Ꝺe p deuotionē
ꝛ lachrymas pctis ꝑdita sp poteris repa
rare. Iteꝝ vnctio emarcuit in te p piaꝫ ꝛ
bonā deuotionē iteꝝ teyngas. Uide q̄ pia
tibi dispensatiōe vbiq꞉ ꝯcurrit. Nō habui/
sti. ꝛ datū est tibi. Perdidisti ꝛ restaurat ti/
bi. Nusq꞉ derelinq̄ris. vt scias q̄ntuꝫ ille te
diligat a quo amaris. Nō vult te pdere. ꝛ iō
tanta patiētia te expectat. ꝛ ꝯcedit pie negli
genter totiens amissa iteꝝ atq꞉ iteꝝ si tu vo
lueris repare. O quot iā perierūt q̄ ista te/
cū acceperunt. sed amissa iteꝝ recipere non

meruerunt Plus ꝙ oīb9 dilectꝰ es.qꝛ tā be
nigne amissum reddit. qđ illis ꝑditũ tam
districte negabat. Nunꝗd tibi grā bñ opan
di nulla data est. Tñ volūtas bona ip̄o lar
giente negata nō est. Si magna opa facis.
misericordit sublimaris. Si nō facis ma/
gna opa.fortassis salubrit hūiliaris. Meli
us nouit ille ꝗd tibi expediat ꝗ̄ tu Et ob h̄
si vis đ illo bñ sentire.totũ qđ ab illo tibi fit
bene fieri intellige. Forte grām ꝟtutũ non
habes.sed dũ viciox impulsu ꝯcuteris.meli
us in hūilitate solidaris. Suauius redolet
deo hūilitas infirma.ꝗ̄ virtꝰ elata. Nihil ꝙ
dispositioni eiꝰ ꝓiudicare audeas.sed sp cū
timore ꝛ reuerētia ora eũ.vt queadmodum
ip̄e nouit tibi subueniat. Si q̄ adhuc in te
mala ꝑmanserint.pie diluat. Si q̄ incboa/
ta sunt bona.benigne ꝑficiat.ꝛ ea q̄ ip̄e volu
erit via te ad se ꝑducat. Quid tibi amplius
dicā. Est ne aliꝗd adhuc qđ dicere possim
ad ostendendā dilectionē. Tibi loqr pecca
tor. Quid dices. Sed tua dicis. aliena nō
poteris. Si aliena ꝛ tua.nō tñ oīa. Quis
eñ oia dicere pōt. Et tñ scimꝰ qꝛ oim origo
est charitas. Ecce duo nati sunt.eadē ꝟtus
atq; nobilitas generis.eadē hora natiuitatis
Alter in pauptate relinquit. alter diuitijs
sublimat.ꝛ vtrũq; charitas opat. qꝛ ꝛ hunc
pauptate humiliat.ꝛ illũ habũdantia ꝯso/
lat. Iste debilis est.ꝛ iste fortis. Iste tenet ne
malũ ꝑficiat.iste roborat vt ad bonũ opus
cōualescat. Utrũq; charitas ꝓbat.nec rep/
bat. Alter ꝑ sapiam illuminat. alter in sim/
plicitate sensus sui relinquit. Iste vt seip̄m
despicere.ille vt creatorē suũ studeat agno/
scere. Utriq; tamen voluit charitas adesse.

Qualis sit amor dei in nobis. Talis ē
amor dei in nobis.ne quicq̄ omino huma
na infirmitas tolleret.qđ ip̄e q̄ntũ in boni
tate sua est ad bonum nr̄m non disponat.
Animaduerte igit sicut supius memoraui.
ꝛ vide ꝙ merito amor iste singularis dei.qui
cū se in multos diffūdat.ita tñ vnice singu/
los amplexat. Uere pulchrũ ꝛ mirificũ bo/
num qđ cōmune est omniũ.ꝛ totũ singulo/
rũ.cunctis p̄sidens.singulos implēs.vbiq;
p̄sens.omniũ curā gerens. ꝛ tñ singulis q̄si
omnib9 ꝓuidens. Sic certe mihi videt cū
eius miseratiōes circa me attendo.ꝙ si fas
est dicere ꝗdāmodo nihil aliud faciat deus
nisi vt saluti mee ꝓuideat.ꝛ ita totum ad cu
stodiam meā occupatũ video.q̄si oim obli/
tus sit.ꝛ mihi soli vacare velit. Semp p̄sen
tem exhibet.semp paratũ se offert.quocũq;
vertero me nō deserit.vbicũq; fuero nō re/
cedit.quicꝗd egero parit assistit. Et ꝙ tan/
dem cūctis actionib9 siue cogitatōib9 meis
ꝑpetuus sit inspector. ꝛ quantũ ad bonita/
tem suaꝫ ꝑtinet indiuiduus coopator assi/
stit.ip̄o operis sui effectu patent ostēdit Ex
quo constat sicut premisi. ꝙ licet facies eiꝰ
a nobis nō possit videri.nunq̄ tñ possit p̄/
sentia eius euitari. Confiteor igit tibi mise
rationes tuas dñe deꝰ meus. qꝛ nō dereli/
quisti me. Quid retribuā tibi ꝓ omib9 q̄ re/
tribuisti mihi. Uis vt diligā te. Et quō di/
ligam te. Et quantũ diligā te. Et quis sum
ego vt diligā te. Homo semp hucusq; ingra
tus. Quid faciemꝰ dño deo nostro. a q̄ tot
ꝛ tanta bona suscepimꝰ. Neq; eñ contentꝰ
fuit ea que ꝛ ceteris bona nobis tribuere.
sed in malis quoq; nr̄is eũ singularē dile/
ctorem agnoscimꝰ.vt eũ tam de bonis ꝗ̄ đ
malis nr̄is oīb9.singularit diligamꝰ. Tu
dedisti mihi dñe vt te cognoscā.ꝛ vt p̄ cete/
ris multis de tuis secretis reuelata intelli/
gam. Alios coetaneos meos in tenebris ig/
norantie dereliquisti.ꝛ mihi p̄ illis lumē sa
pientie tue infudisti. Tu dedisti mihi veriꝰ
cognoscere te.purius diligere te.sincerius
credere in te.ardentiꝰ sequi te. Tu dedisti
sensum capacē.intellectũ facilē. memoriam
tenacē.linguā disertā.sermonem gratũ.do
ctrinā suadibilē.efficaciā in ope. gratiaꝫ in
cōuersatione.profectũ in studijs. effectũ in
cōceptis.solamen in aduersis.cautelā in ꝓ/
speris.fortitudinē in aduersis. Et quocũq;
vertebam me.vbiq; gratia tua ꝛ misericor
dia p̄cessit me. Et sepe cũ mihi videbar con
sumptus.subito liberasti me. Augusti.

Quādo errabā reduxisti me. quādo ig/
norabam docuisti me. Qñ peccabam corri
puisti me. qñ ꝯtristabar ꝯsolatꝰ es me. Qñ
desperabam cōfortasti me.qñ cecidi erexisti
me. Qñ steti tenuisti me.qñ iui duxisti me.
qñ veni suscepisti me. Hec oia ꝛ multa alia
fecisti mihi dñe deꝰ meꝰ.de ꝗb9 mihi dulce
erit semp cogitare.semp loꝗ.semp grās age
re.vt te laudē ꝛ amem ꝓ omnib9 bñficijs tu
is dñe deus meus. Amen.

*Explicit amatorium sancti Bonauentu
re doctoris seraphici.*

Incipiunt sermones de decē preceptis sancti Bonauenture.

ſ Juis ad uitam ingredi serua mandata. Verba ista scripta sunt in Mattheo. et sunt verba saluatoris nr̄i. in quibꝫ explicat̄ nobis summa totiꝰ nr̄e salutis quantū ad duo. Primo q̄ntū ad p̄miū retributōis diuine. Scdo q̄ntū ad meritū opatiōis humane. Primū ibi. Si vis ad vitā ingredi. Scdm ibi. Serua mādata. Et hic rectus ordo tangit̄. qꝛ finis mouet agentē vt se exerceat ad debitū finē. Seq̄mur ḡ formā illius magni mgr̄i. Sed anteq̄ de p̄ceptꝭ aliq̄d dicamꝰ. dicamꝰ p̄mo de obseruātijs preceptoꝝ. Premittit dn̄s p̄mo motiuum. postea subiūgit actū p quē possumꝰ deuenire ad debitū finē. Et notandū ꝙ sunt q̄ttuor q̄ debent nos mouere ad obseruādū mandata dei. Primū est auctoritas mandantꝭ. Scdm est obseruatōis mādatoꝝ vtilitas. Terciū est trāsgressiōis periculū. Quartū est irrep̄hensibilitas mādatoꝝ. Qn̄ ille qui mandat est magne auctoritatis. ꝛ obseruatio mādatoꝝ est magne vtilitatis. ꝛ in trāsgressione est magnū p̄iculū. ꝛ irrep̄hensibile est mandatū. tūc nullus pōt h̄re excusationē de obseruatiōe mandatorū. Primo dico debꝫ nos mouere ad obꝯuādū mādata dei auctoritas mādantꝭ. qꝛ ille q̄ mandat scꝫ deꝰ magne auctoritatꝭ est. qd̄ ptꝫ ex tribus. Primo. qꝛ ip̄e sua magna potētia nos creat. Scdo qꝛ ip̄e sua mira sapīa nos gubernat. Tercio qꝛ ip̄e sua munifica beniuolentia nos saluat. Primo dico ꝙ ille qui mandat obseruari mandata dei est magne auctoritatꝭ. qꝛ sua magna potētia nos creat. Job. Manꝰ tue fecerūt me. Et in deut̄. dicit̄. Oculi vr̄i viderūt oīa opa magna dei q̄ fecit. vt custodiatis mādata eiꝰ. Scdo est magne auctoritatꝭ. qꝛ sua mira sapientia nos gubernat. Jsaias. Ego dn̄s docēs te vtilia. gubernās te in via q̄ ambulas. vtinā attendisses mādata mea. Ps. Seruaui mādata tua ꝛ testimonia tua. qꝛ oēs vie mee in ꝯspectu tuo. Tercio est magne auctoritatis. qꝛ sua munifica beniuolētia nos saluat. Vn̄ in Deut̄. Et nūc isrl̄ q̄d petit dn̄s deꝰ tuus a te nisi vt timeas ip̄m ꝛ diligas ip̄m. ꝛ ambules i vijs eiꝰ. ꝛ custodias mādata eiꝰ Dn̄s q̄ te creauit. deꝰ q̄ te gubernat. tuus q̄ te saluat. Patet mō ꝙ dignitas siue auctoritas p̄cipientis dꝫ nos mouere ad ꝯuandū mandata. Scdo dꝫ nos mouere ad obseruandū mandata dei obꝯuatōis vtilitas. In ꝯuādo em̄ mādata dei est multiformis vtilitas. q̄ ad tres vtilitates reducit̄. Prima vtilitas est impetratio diuinoꝝ charismatū. Scda est reuelatio sctāꝝ scripturarum. Tercia ē assecutio celestiū premioꝝ. Prima dico vtilitas in ꝯuādo mandata dei est impetratio diuīoꝝ charismatū. Vn̄ in Johāne. Si diligitꝭ me mādata mea ꝯuate. et ego rogabo p̄rem meū. ꝛ dabit vobis aliū paraclytū. Scda. intelligētia sctārū scripturaꝝ. Ps. Sup senes intellexi. qꝛ mādata tua q̄siui. Sed quō p̄ueniemꝰ ad intelligentiā scripturaꝝ docet Gre. Vn̄ sup illud Discipuli qn̄ viderūt dn̄m iesum ip̄m non intellexerūt. sed qn̄ loq̄bat̄ tūc ip̄m intellexerūt. dicit Gre. ꝙ audiēdo dei p̄cepta discipuli illumiati nō sunt. sꝫ faciēdo ea illuminati sunt. Quare. qꝛ nō auditores legis tm̄ sed factores iustificabunt̄. ꝓpt̄ h̄ dic̄ Jacobus in cano. sua. Estote factores verbi dei ꝛ nō auditores tm̄. fallētes vosmetip̄os. qꝛ q̄ est auditor v̄bi dei tm̄ ꝛ nō factor. cōpabit̄ viro ꝯsiderāti vultū natiuitatꝭ sue i speculo. Si videat hō decies vultū suū in speculo. adhuc nō sciet ip̄m. Sꝫ si videt vultū alteriꝰ hoīs extra speculū. bn̄ recognoscit ip̄m. ꝛ h̄ est ꝓpt̄ fortē imp̄ssionē speciei sup organū visus sm rectā lineā. Sꝫ i speculo nō ē verꝰ intuitꝰ. Silr̄ qn̄ hō audit v̄bū dei. videt̄ ei ꝙ ip̄m itelligat. sꝫ statī recedit. Sed qn̄ ponit ip̄m ad expientiā bn̄ opando. tūc ip̄m intelligit. Tercia vtilitas in ꝯuando mādata dei est assecutio p̄mioꝝ celestium. Vn̄ in puerb. Serua mādata mea ꝛ viues ꝛ legē meā q̄si pupillā oculi. Hec est rō q̄re homi existēti i paradiso deꝰ dedit obꝯuantiā mādatoꝝ. Patet mō ꝙ ad obꝯuandum mādata dei dꝫ nos mouere vtilitas obseruatiōis. Tercio dꝫ nos mouere ad obꝯuantiā mādatoꝝ p̄iculū trāsgressionis. hō em̄ q̄ trāsgredit̄ mādata incidit in mlt̄a pericula. Prio qꝛ multa bona p̄dit. scdo in nefanda flagitia ruit. tercio qꝛ eterna supplicia meret̄. Prio dico dꝫ nos mouere ad ꝯuādū mādata dei trāsgressiōis p̄iculū. qn̄ trāsgressores mlt̄a bōa p̄dūt. Vn̄ i Leuit. Si nō audieritꝭ vocē meā. ꝛ nō feceritis omnia

mādata mea. visitabo vos ī egestate ⁊ calo/
re. q̄ ꝯficiet oculos v̄ros. ⁊ ꝯsumet aīas ve/
stras. Dicit visitabo vos ī egestate. q̄ est ꝑua
tio oīm bonoꝝ. ⁊ calore q̄ ꝯficiet oculos ve
stros. ⁊ ꝯsumet aīas v̄ras. qꝛ auferet affectū
boni. ⁊ intellectū veri. Vñ ps̄. Dereliq̄t me
virtꝰ mea. ⁊ lumē oculoꝝ meoꝝ. ⁊ ip̄m nō ē
mecū. Scd̄o trāsgressores ī nefanda fla
gitia ruūt. Vñ in Baruch. Nō obediuimꝰ
voci dn̄i vt ambularemꝰ in mādatis eiꝰ. et
abiuimꝰ vnusq̄sq̄ in sensu cordis sui mali/
gni. Ps̄. Populꝰ meꝰ nō audiuit vocē meā.
⁊ isrl̄ nō intēdit mihi. ⁊ dimisi eos ꝺm desi/
deria cordis eoꝝ. Tales dat dn̄s in manꝰ
demonū. Vñ in Dañ. dixerūt pueri in for/
nace ignis ardentꝭ. Peccauimus. iniq̄ gessi
mus. ⁊ ꝑuaricati sumꝰ. ⁊ sequit̄ eoꝝ ignomi
nia. ⁊ traditi sumꝰ in manibꝫ inimicoꝝ n̄ro
rū iniq̄ꝝ. ⁊ regi iniusto ⁊ pessimo sup trā.
Tercio trāsgressores incidūt in ꝑicula. qꝛ
et̄na supplicia ꝓmerent̄. ps̄. Maledicti qui
declināt a mādatꝭ tuis. Maledicti. qꝛ dicet̄
eis. Ite maledicti in ignē et̄nū ⁊c̄. Ecce mō
obſuatiōis mira vtilitas. ⁊ trāsgressiōis mi
ra calamitas. Vñ dn̄s ꝑ moysen. En ī cōsp̄
ꝓpono tibi bn̄dictionē ⁊ maledictionē. bn̄di
ctionē si mādata mea fecerꝭ. maledictiōez si
nō feceris. Ponit nos dn̄s ī medio ⁊ mira/
bilit̄ opat̄ nobiscū. Quia qn̄ aliq̄s vult ali/
q̄d aliꝗ ōndere vtit̄ duplici rōne. s. rōne ostē
siua. ⁊ rōe ducēte ad īpossibile. Sic facit dn̄s
Ponit hoīem ī medio int̄ celū ⁊ infernū. In
celo est et̄na glīa. in īferno sunt et̄na suppli/
cia. Et qn̄ dn̄s ōndit hoī glīam celi quā hō
p̄t ꝓmereri si obſuet eiꝰ mādata. tunc incli
nat ip̄m ad obſuantiā mādatoꝝ ꝑ rōnem
ōnsiuā. Qn̄ v̄o ōndit hoī inferni supplicia q̄
ꝓmeret̄ si trāsgreditur mādata. tūc inclinat
hoīem ꝑ rōem ducētē ad īpossibile. Ecce ꝓ
ponit tibi maledictionē ⁊ bn̄dictionē. Di/
mitte iude maledictionez. ⁊ accipe cū mat/
thia bn̄dictōnē. De iuda dic̄ ps̄. Noluit bn̄
dictionē ⁊ elōgabit̄ ab eo. Quarto dꝫ nos
mouere ad obſuādū mādata dei irrep̄hen
sibilitas mādatoꝝ. Est em̄ mādatū irrep̄hen
sibile. qꝛ nō ꝯtinet aliq̄d īpossibile. nec aliq̄d
onerosum. nec iniquū. Pⁱᵒ dico dꝫ mo
uere ad ſuādum mādata dei irrep̄hēsibili/
tas mādatoꝝ. qꝛ nō ꝯtinēt aliq̄d īpossibile.
imo sūt facilia ad seruādū. Vñ ī ioħe. Hec
est charitas dei vt mādata eiꝰ custodiamꝰ.
⁊ mādata eiꝰ ḡuia ñ sūt. Habēti em̄ carita/
tē mādata sunt facilia. ſꝫ nō hn̄ti caritatē vi
dent̄ difficilia. Et ponit augꝰ. exēplū de aue
sine plumis. et de aue cū plumis. Aui hn̄ti
plumas facile ē volare. ſꝫ aui nō hn̄ti ē dif/
ficile. Silr̄ hoī ꝑuerse volūtatꝭ difficilia vi
dent̄ mādata. ſꝫ hn̄ti caritatē sūt facilia. Vñ
in deut. Mādatū h̄ q̄d ego p̄cipio tibi ho/
die ñ ē sup te. nec ꝓcul positū. nec ī celo situ̅.
nec trās mare positū. ſꝫ iuxta te ē valde ser
mo ī ore tuo vt facias illū. Scd̄o māda/
ta dei sūt irrep̄hēsibilia. qꝛ nō cōtinēt aliq̄d
onerosū. imo sūt suauia. Vñ ī Ecc̄o. Nihil
meliꝰ ē q̄ꝫ timor dei. ⁊ nihil dulciꝰ q̄ꝫ respice
re ī mādatꝭ dn̄i. ps̄. Desiderabilia sup aurū
⁊ lapidē p̄ciosū mltū. ⁊ dulciora sup mel ⁊ fa
uū. Gaudiū ē iusto ſuare iusticiā. Sꝫ pala
to infecto. cibꝫ dulcꝭ videt̄ esse amarꝰ. Silr̄
hoī ꝑuerse volūtatꝭ mādata dei vident̄ dif
ficilia. ſꝫ sint suauia. Tercio mādata dei
sūt irrep̄hēsibilia. qꝛ nō ꝯtinēt aliq̄d iniquū
Vñ apl̄s. Lex q̄dē scā ē ⁊ mandatū sc̄tm̄ ⁊
iustū ⁊ bonū. Propt̄ h̄ dic̄ apl̄us. Precipio
tibi ī deo q̄ viuificat oīa. vt sine macula ser/
ues mādatū irrep̄hēsibile. Cōiungamꝰ ista
q̄ttuor insimul. s. q̄ ī illo q̄ p̄cipit ē sūma au/
ctoritas. qꝛ sua maḡ potētia nos creat. mi/
ra sapīa nos gubnat. ⁊ munifica beniuolē/
tia nos saluat. Itē videamꝰ vtilitatē obſua
tiōis mādatoꝝ. Quaꝝ ꝑma ē ipetratio di/
uinoꝝ charismatū. scd̄a ē reuelatio sacrarū
scp̄turaꝝ. ⁊ t̄cia ē assecutio celestiū p̄mioꝝ.
Itē videamꝰ trāsgressiōis ꝑiculū. qꝛ trans/
gressores mlt̄a bona ꝑdūt. ī nefāda flagitia
ruūt. ⁊ et̄na supplicia ꝓmerēt̄. Itē videamꝰ
irrep̄hēsibilitatē mādatoꝝ. qꝛ mādata ñ cō
tinēt aliq̄d īpossibile. nec onerosuz. nec ini/
quū. Et si ista q̄ttuor bn̄ ꝯsideremꝰ nō ē ali/
q̄s q̄ possit se excusare de obſuatōe manda
toꝝ. Sꝫ q̄d ē magnū mādatū ⁊ ꝑmū ī le/
ge. Rn̄det dn̄s ī mattheo. Diliges dn̄m de
um ex toto corde tuo. et ex tota aīa tua. ⁊ ex
tota mēte tua. Scd̄m silē ē huic. Diliges ꝓ
ximū tuū sic teip̄m. Ex his vniuersa lex pē/
det ⁊ ꝓphe. Augꝰ. ōndit q̄ in isto v̄bo. Mihi
aūt adherere deo bonū ē. cōtinet̄ totū h̄ q̄d
dī. Diliges dn̄m deū ⁊c̄. Debemꝰ em̄ dili/
gere deū. qꝛ h̄ est iustū bonū sc̄tm̄ suaue ⁊ fa
cile. Vñ augꝰ. Dn̄e q̄s mihi es. ⁊ ego q̄s ti/
bi. vt iubeas me amare te. ⁊ si nō amem te.
minaris mihi ingentes miserias. Decalo/
gus sacer q̄ datus est moysi in mōte synai.
ōndit quō debemꝰ custodire mandata dei.

volo vobis oñdere ꝙ sic octo partes oꝛonis
sunt fundamēta oīm eoꝝ q̄ exꝑmi pñt ꝑ ser
monē in grāmatica. ⁊ decē ꝑdicamēta sunt
patiētiā. Prouer.xv. Vir iracūd⁹ ꝓuocat ri/
xas.q̄ aūt patiēs est mitigat suscitatas. Non
audēt ei subditi necessitatē suā apire. Job.
iiij. Si ceperim⁹ loq̄ tibi.forsitā moleste acci
pies. Replet domū murmure ⁊ rācore. Pro
uerb xi. Qui ꝯturbat domū suā possidebit
vētos.s.ꝯspirationū. Teneros mēte fugat ⁊
pusillanimes fac̄. Prouer.xix. Spm̄ ad ira
scendū facilē q̄s poterit sustinere. nemo au/
det eū monere ꝺ his q̄ forēt emēdāda Reg.i.
xxv. Ipe ē fili⁹ belial ita vt nemo possit ei lo
qui. Scđo studeat eē pacific⁹ vt nec vidi
cet se de illatis iiurijs.nec i corde oderit illos
nec curā eoꝝ segni⁹ agat.nec q̄rat eos a se re/
mouere.imo libēti⁹ teneat eos vt ꝑ h̄ illos
⁊ alios edificet bn̄faciēdo igratis.⁊ vt ꝑ se vir
tutis exercitiū in eis habeat exēplo sūmi pa/
storis. Luc̄.vi. Eritis filij altissimi.qꝛ ipē beni
gnus ē sup ingr̄tos ⁊ malos. Cū em̄ sit ꝓprie
officiū pastoris docere ꝟtutes. si viciosos re/
mouet a se.q̄s docebit. si medic⁹ fugit egro/
tos q̄s curabit. Si fortis tiro declinat ipetē
tes se quō assequet̄ triūphū gl'ie. Si negoci
atoꝛ negligit merces i q̄b⁹ mag̃ lucret̄. quō
poterit ditari. Inn est ꝙ int̄ alios tot sanctifi
cati sūt epi ⁊ ꝑlati qꝛ tā agēdo bona q̄s patiē/
do aduersa ⁊ alios edificādo ad alta ꝑfectio
nis culmīa officij sui occasiōe ꝑuenerūt. Thi.
iij. Qui epatū desiderat ⁊c̄. Tertio sit pati
ens vt nō min⁹ sit volūtari⁹ ⁊ studios⁹ ad ex
equēda ea q̄ officij sui solicitudo req̄rit ꝓpt
tediū labor̄ vl' tarditatē ꝑfect⁹ vl' importu/
nitates subditoꝝ vl' alia ꝯuamia.qꝛ sic ad al
ta merita ꝑuenit̄. Paral'.xv. Vos ḡ ꝯforta/
mini ⁊ nō dissoluāt̄ man⁹ vr̄e. erit ei merces
opi vr̄o. Iste man⁹ ꝑlati sūt instātia i agēdo.
⁊ patia i sufferēdo qđ ꝯuat. Que si nō dissol/
uant̄ ꝑ desidiā seu itolerantiā. merces etna
ei cumulat̄. Per has nāqꝫ aduersitates re/
ctoꝛ a pctōꝝ puluere purgat̄ quē ꝯtrahit ex
humane infirmitatis surreptiōe. In multis
em̄ offendun⁹ oēs.etiā in plurib⁹ negocijs

Nō. mirab. hā cōīna pastores.

plures negligētie sepe fiūt. a q̇bꝫ purgari ne
cesse hn̄t hic prelati. ne illic duriꝰ puniātᷣ. ij.
Regū. vij. Si iniq̄ aliq̇d gesserit corripiā eū
in ꝟga viroꝝ. ꝛ i plagꝭ filiorū ho. Itē ꝑ has
dū dep̄mitᷣ a tumore sup̄bie custoditᷣ. q̄ potē
tibꝫ piculosiꝰ insidiatᷣ. dū ꝛ sublimitas officij
ꝛ libertatꝭ licētia ꝛ boni opis placētia facile
mētē eiꝰ extollerēt nisi aduersitatꝭ iugū collū
p̄sumptōis eiꝰ hūiliaret. ꝛ sic a sup̄bie vora-
gine defensaret. Job. xxxiij. Erudiēs instru
it disciplina vt auertat hoiem ab his q̄ fecit.
ꝛ liberet eū desup̄ eruēs aiam eiꝰ a corrupti
one ꝛ vitā illiꝰ vt nō trāseat i gladiū. increpat
q̇ꝫ ꝑ dolorē in lecto ꝛc. Custos ei salutis ꝛ
pfectꝰ boni rectorꝭ est hūiliatio aduersitatꝭ. si
ne q̄ eū successus ꝓsperitatꝭ cito releuasset in
ventū p̄sumptōis. Vn̄ dauid ꝭm cor dei ele
ctus qn̄ p̄mebatᷣ aduersꝭ. deuotissimꝰ fuit et
hūilis. qn̄ aūt extollebatᷣ ꝓsperꝭ. incidit i cul
pā offensionis. Ps̄. Bonū mihi q꞉ humilia
sti me ꝛc. Itē vt dictū est meritū eiꝰ ex idem mꝉ
tiplicatᷣ. dū nō solū ꝑ bonis q̄ in se ꝛ i alijs ꝓ
mouet glīam acq̇rit. sꝫ ꝛ ꝑ aduersis q̄ patitᷣ
magᷣfice coronatᷣ. sicē auꝝ qḋ ꝑ ignē ꝓbatuꝫ
fit pulcriꝰ ꝛ p̄ciosiꝰ. Sap. iij. Tāq̄ꝫ auꝝ i for
nace ꝓ. ꝛc. Sepe aūt sp̄ūalꝭ pfectꝰ crescit duꝫ
nō sentitᷣ. ꝛ roboratᷣ cū magis infirmari pu-
tatᷣ. Mar. iiij. Sic ē regnū dei quēadmodū
si hō iaciat sementē in terrā. ꝛ dormiat ꝛ exur
gat nocte ac die. ꝛ semē germiet ꝛ crescat dū
nescit ille ꝛc. Nō aūt miꝝ si omēs conatꝰ
rectorꝭ nō ꝓficiūt i oībꝫ. cū nec dī opatio i oi
bus ꝓficiat ad salutē ipoꝝ. ꝛ multi sint voca
ti ꝛ pauci electi. Oīa em̄ q̄ seminātᷣ nō ꝯuale
scunt. ꝛ q̇ thesauros effodiūt. libentᷣ multaꝫ
terrā eruderāt vt modicū auri vꝉ argēti re-
periāt. Tātꝰ aūt ꝓfectꝰ est boni rectorꝭ q̄ntū
foret detrimētū si nō esset. sicut lux tantū ē bo
nū q̄ꝫtū eiꝰ absentia malū. Animare etiaꝫ
dꝫ rectorē ad laborꝭ tolerātiā q꞉ nō minꝰ me
retᷣ in illis q̇ deficiūt vꝉ modicū ꝓficiūt q̄ꝫ in
his q̇ marie ꝓficiūt. Nō em̄ dicᷣ apl's Co. iij.
Vnusq̇sq̄ꝫ ꝓpriā mercedē accipiet ꝭm suū ꝓ-
fectū sꝫ ꝭm suū laborē. Dei ei est incrementū
dare. plꝰ em̄ laborat doctor i indocili q̄ꝫ i do
cili discipꝉo. ꝛ iō apd̄ iustū estimatorē laborꝭ
plꝰ meretᷣ. In t̄ra sterili ꝛ saxosa agricola plꝰ
laborat. ꝛ si fructꝰ paucior sꝫ p̄ciū maiꝰ. Et q̄
difficiliꝰ elaborātᷣ sepe cariꝰ venduntᷣ

bonū exē de agri-
cola q plꝰ labo-
rat ī t̄ra saxosa

Quarta ala est vt sit exēplaris i vita. Ip̄e
nāq̄ꝫ dꝫ ceterꝭ esse norma viuēdi. vt q̄ docet
verbis. ostēdat actionū figurꝭ. sicē q̇ geometri
am docet pingit i sabulo figuraꝝ demōstra
tiōes. vt qḋ dicē meliꝰ capiatᷣ. Actuū. j. Cepit
iesus facere ꝛ docere. Joh. xiij. Exemplū ei
dedi vob̄ vt quēadmodū ego feci vob̄. ꝛ vos
ita faciatꝭ. Judic. vij. Gedeon ait. Qḋ me fa
cere videritꝭ h̄ facite. Quis igitᷣ nō soluꝫ
in p̄fatꝭ sꝫ in oībꝫ v̄tutū exēplis d̄beat rector
p̄cedere subditos. sp̄ealitᷣ tn̄ in his tribꝫ In
cōis obseruātie ꝯformitate. In māsuetudi-
nis hūilitate. In maturitatꝭ honestate. Ty
tū. ij. In oībꝫ teip̄m p̄be exēplū bonoꝝ ope
rum in doctrina. i integritate. i grauitate.

Cōmunē vitā cū ceterꝭ obꝭuet in victu et
vestitu ꝛ labore. vt nō vacet ꝯuiuijs ꝛ potati
onibꝫ cū alij sobrio cibo ꝛ potu vtantᷣ. nec sit
eis dissilis habitu cū q̇bꝫ est ei ꝓfessio cōis.
Nec a labore ceteroꝝ se subtrahat q̄ illos iu
bet in eisdeꝫ laboribꝫ exerceri. Pastor si se a
grege segregat. oues insidijs lupoꝝ expoit.
Sanꝰ sit sanis ꝛ infirmꝰ infirmis. Coꝝ. ij.
Factꝰ sum infirmis infirmꝰ. s. exēplar. vt in-
firmos lucrarer. Oībꝫ oīa factꝰ sum vt oēs
facerē saluos. Nā si sanꝰ debiliter viuat. fac
eos exēplo suo carnalesꝭ. Si ꝟo infirmus re
cusat infirmoꝝ remedia. facit eos pusillani-
mes. innuēs q꞉ aut velit eos silꝛ facere. aut
nō cupiat eis vt meliꝰ fiat illis. Alacriꝰ cer-
tat miles i acie si ducē suū secū cernit labo-
rē certaminis tolerare. Actuū. j. In oī tp̄e q̄ i-
trauit ꝛ exiuit intᷣ nos dn̄s ih̄s incipiēs a ba
ptismate iohis vsq̄ꝫ ad diē q̄ assumptꝰ ē a no
bis ꝛc. h̄ est a p̄mo tp̄e q̄ cepit h̄re discipulos
pꝰ baptismū vsq̄ꝫ q̄ ascēdit ad p̄rem sp̄ exem
plo suo erudiuit nos intrās familiaritᷣ cum
discipulꝭ viuēdo. ꝛ exiēs vtilitᷣ cū turbis ꝓut
ꝯgruebat ꝯuersando. Sit etiā hūilꝭ mo-
ribꝫ vt mores eiꝰ ostēdāt eū nō alta de se senti
re. nec affectare p̄latōꝫ. sꝫ timere ꝛ coactū te-
nere. ꝛ magꝭ desiderare subesse. ꝛ eos q̇bꝫ p̄-
est meliores se iudicare. et eoꝝ potiꝰ se seruū
q̄ꝫ mgr̄m vꝉ dn̄ꝫ reputare. Lu. xxij. Qui ma
ior est i vob̄ fiat sicē minor. ꝛ q̇ p̄cessor est sicut
ministrator. Ego aūt i medio vr̄m sū sicē q̇ mi-
nistrat ꝛc. Ecci. xxxij. Rectorē te posuerūt ꝛc

Sit etiā humilꝭ affabilitate vt subditi fa-
cilē accessū ad eū habeāt ꝛ fiducialꝭr ei loq̇ d̄
q̇bꝫ indigēt audeāt. ꝛ patiēter eos audiat. et
benigne eis satꝭfaciat ꝛ studiose instruat et
alacritᷣ exhortetᷣ. studeat magꝭ amari q̄ꝫ time
ri. q꞉ libentiꝰ obeditᷣ ei q̇ diligitᷣ q̄ꝫ q̇ timetur
Obediētia dilectōis ꝓprie ē volūtaria. timo
ris aūt magꝭ est coacta. Q̄ra h̄ illa habꝫ de

Vide ī q꞉ libentiꝰ obeditᷣ ei q̇ diligitᷣ
q̄ꝫ q̇ timetᷣ.

volũtario. tãto sublimior est i merito. finis
aũt officij regiminis est commissos sibi ad vi
tã eternã dirigere ⁊ ad silia ĩtrutũ merita fi/
delꝰ pmouere. Sit etiã humilꝰ in vsu re/
rũ tpaliũ vt nihil habeat põposum vel dili/
gat. ſ3 oĩa q̃ hr̃e videt paupertatẽ volũtariã de
mõstrẽt. ⁊ hũilitatẽ oñdãt. ſ. vestes. libri. cel/
la. lectulꝰ vtẽsilia. mẽsa. palea. ⁊ hmõi. vt nihil
in oĩbꝫ appareat qđ notã iactãtie vł curiosi/
tatꝫ habeat. nec tła fieri ab alijs patiat. Si
milia eterni filibꝫ ꝯgaudẽt. alta sublimibꝫ hu
milia hũilibꝫ delectãdo. Nõ est aũt humilis
cordis idiciũ curiosa q̃rere. pciosa affectare.
⁊ excelsa ambire. Job. xli. Omẽ sublime vi/
det. Ipe ẽ rex sup vniuersos filios supbie.
Maturitatꝫ honestas ppẽdit in tribꝫ. ſ. si
nõ sit leuis i moribꝫ. videlicet i ṽbis ⁊ iocis
scurrilibꝫ ⁊ irreligiosis. q̃ licet in se qñqꝫ q̃i g̃
ta putent. minꝰ tñ reuerẽdũ faciũt ⁊ verẽduz
Grego. Nõ facile eiꝰ p̃dicatio recipit si leuis
in moribꝫ videt. Nã ⁊ si p̃latꝰ magꝫ diligẽdꝰ
sit. expedit tñ vt ⁊ ab insolẽtibꝫ timeat. Ipse
amor aliq̃ mõ suauior sentit cũ reuerẽtia mi
xtus. Qđ ptꝫ i amore sũmi ꝯditorꝫ. cuiꝰ quo
maiestas sblimior agnoscit. dignatõis dul/
cedo sapidiꝰ amat. Ps. Dulcꝫ ⁊ rectꝰ dñs. ppt
h legẽ dabit ⁊c. Itẽ si nõ sit leuis i affectu
p p̃uatos amores notabiles. tã ad feminas
q̃ʒ ad q̃slibet leues psonas. Licet eñ meliores
in affectu p̃ferẽdi sint minoribꝫ. ⁊ omẽs ppter
spem salutꝫ i xp̃o amplectẽdi sint. in actu tñ
exteriorꝫ exhibitiõis talit se gerat ad omẽs vt
nullꝰ se ab eo ꝯtẽni pter alios suspicet. sed q̃
se ab eo diligi p̃sumat ⁊ fiducialit ei q̃i singu
lari amico ꝯfidat. ne alicui indignatio ⁊ inui/
dia i alijs nutriat. sicut frẽs Joseph q̃ oderũt
eũ p eo q̃ a p̃re singularꝰ amaret. Gen. xxx/
vij. Itẽ si nõ est leuis in pposito ⁊ incõstãs
in ꝯsilio. vt qđ iã placet mox displiceat. mo/
do velit vnũ. mõ ꝯtrariũ vbi rõnabilis cã ñ
apparꝫ. Quis eñ eiꝰ iudicio credat vł eiꝰ vo/
lũtati se ꝯtẽperet quẽ in neutro stabilẽ agno
scit. iõ eiꝰ subiecti nõ pñt eiꝰ reuereri prudẽti
am. nec sciũt se pare ad volũtatꝫ eiꝰ obediẽti
am. ⁊ i vtroqꝫ nõ p̃t esse modicũ nocumẽtũ.
j. Thes. v. Oĩa pbare. qđ bonũ est tenere. et
facite sine hesitatõe ⁊ retractatõibꝫ q̃cũqꝫ fa
citis. Ubi tñ cã rõnabił subest iuste necessi/
tatꝫ vł pie vtilitatꝫ vt alit ⁊ alit aliq̃d fieri ex
pediat. nõ est h leuitatꝫ ſ3 maturitatꝫ q2 sicut
stultũ estꝫ meliꝰ mutare i deteriꝰ. sic etiã stoli
da ẽ obstinatio tã ptinacit inherere ꝯceptis
vt p maiori bono ⁊ apto ab eis flecti ñ possit
Hester. xvj. Nec putetꝫ si diuersa iubeamus
ex animi nr̃i venire leuitate. ſ3 p q̃litate ⁊ ne
cessitate tpm. vt reipublice poscit vtilitas fer
re sñiam. Uñ ⁊ aplꝯs excusat se cum pmiserit
corinthijs se ventuꝝ q̃ nõ leuitate h pmiserit
ſ3 p coꝝ vtilitate. ij. Coꝝ. j. Uolui p̃us veni
re ad vos ⁊c. Eccl. x. Scđm iudicẽ ppli sic et
ministri eiꝰ. ⁊ q̃lis rector est ciuitatꝫ. tales ⁊ iha
bitãtes i ea. Boni mgr̃i bonos discipłos fa
cere ꝯsueuerũt. vt freq̃ntiꝰ. multi fierẽt melio
res i religiõibꝫ ⁊ in eccłia si melioris vite eis
exẽpla a suis doctoribꝫ pponerẽt. Negligẽtia
ṽo hmõi ab illis q̃ culpabiles sũt districte i
iudicio req̃ret. Ezech. xxxiiij. Ecce ego ip̃e su
per pastores req̃rã gregẽ meũ đ manu eoꝝ
Doctrina ṽboꝝ sine exẽplis opm ẽ sic cemẽ
tũ sine calce aridũ ⁊ inualidũ. Ipi liniebant
pietẽ absqꝫ tpamẽto. dic eis q̃ casurꝰ sit. De
correctꝫ exẽplaribꝫ correcta scribũt volumia
de corrũptꝫ corrupta. Tenaciꝰ inheret do/
ctrina opm q̃ʒ ṽboꝝ Nã cuiꝰ vita despicitur
restat vt eiꝰ p̃dicatio ꝯtẽnat. Rector eñ p̃ci/
pue ad h studere dꝫ vt sibi cõmissos faciat
xp̃iformes. i. vt formã vite ac doctrĩe xp̃i eis
imp̃mat. vt nõ solũ mẽte eũ attẽdãt ſ3 ⁊ mo
ribꝫ imitet. Eph. v. Estote imitatores dei si
cut filij ⁊c. Gal. iiij. Filioli mei q̃s iteꝝ ptu/
rio donec xp̃s format in vob. S3 cũ ex ver
boꝝ doctrina minꝰ capiãt de doctrina xp̃i.
debẽt etiã formã eiꝰ visibilẽ in seip̃is oñdere
vt eis pfundiꝰ imp̃mat dicẽtes cuꝫ apostolo
Coꝝ. xi. Imitatores mei estote sic ⁊ ego xp̃i
q̃si dicat. Si formã xp̃i desideratꝫ ad imitã
dũ agnoscere. i meis hãc moribꝫ cõsiderate.
Gal. ij. Uiuo aũt iã nõ ego. viuit ṽo i me xp̃s
Uicariꝰ eñ xp̃i vicẽ xp̃i dꝫ gerere. In bene/
placiti eiꝰ pmotõe. In ptãtis eiꝰ auctoritate
⁊ in silitudinis eiꝰ rep̃sentatõe. ſ. vt ea q̃ vult
pmoueat i subditꝫ. ⁊ eiꝰ auctoritate illa pos/
sit q̃ eis expediũt. ⁊ eũ in se imitabilẽ illꝯ mo/
ribꝫ ⁊ vita demõstret. ij. Coꝝ. iiij. Nõ eñ nos
metip̃os p̃dicamꝰ. ſ3 ihm xp̃m dñm nostrũ
nos aũt ṽuos ṽros p ihm. Ille ṽo seip̃m et
nõ xp̃m p̃dicat q̃ gl̃iam p̃priã q̃rit dicẽdo. et
q̃ malꝯ exẽplis se potiꝰ q̃ʒ xp̃m ingerit subditꝫ
imitãdũ. Gal. iiij. Emulant vos nõ bñ ſ3 ex
cludere vos volũt vt illos emulemini. h est. nõ
bono zelo p̃sunt vob q̃ p sua p̃ua exẽpla ex/
cludũt vos ab imitatõe xp̃i vt mores eoꝝ
discatꝫ ⁊ exẽpla seq̃mini. Quinta ala eccle
siastica hꝰ seraph. ẽ circũspecta discretio ⁊ p

uida faciēdo ꝯsideratio. Que ꝗ̄ necessaria sit rectori aīaꝝ salomō oñdit. q̄ bñs a dō po stulādi q̄ vellꝫ optōꝫ. ꝑtermissis oib̄ petiuit sapiam. sine q̄ asseruit ñ posse ꝑplm bñ regi. iij. Re. iij. Dabis ḡ dñe cor fuo tuo docile vt iudicare possit ꝑplm tuū ꝛ discernere int̄ bonū ꝛ malū. Sap. vi. Ad vos ḡ reges sūt hi s̄mões mei vt discatꝭ sapiam ꝛ ñ excedatꝭ. ps. Et nūc reges itelligite. erudimi q̄ iudicatis terrā. Rector eñ ē dux gregꝭ sibi cōmissi. ꝛ si ipe errauerit. grex i dispsiōe ꝯfusus iteribit. Sic ocul⁹ ē lux toti⁹ corpis. ita pastor gregꝭ ꝯmissi. Mat. v. Uos estꝭ lux mōi ꝛc̄. Scdꝫ ꝙ ocul⁹ est clar⁹ ꝛ obscur⁹. sic etiā corp⁹ ab eo regit̄ directe vl̄ ꝑ deuia. Duplex ḡ circum spectio rectori nccāria ē vt sciat q̄d agēdū sit ꝛ qualit̄. Nā nec bonū simpl̄r bonuꝫ est nisi bñ fiat. i. sic decet. Ber. Tolle discretiōꝫ. ꝛ v̄tus viciū erit. Sine ipa zel⁹ ꝑcipitat. Roꝫ. x. Emulatōꝫ dei hñt. sꝫ nō s̄m sciam Itē cō passio ꝯdescēdit vsq̄ q̄q̄ sub specie pietatis Prouerb. Qui ꝑcit v̄ge odit filiū. h̄ est. Qui sub spē pietatꝭ peccātē nō corrigit. aīam eius ad interitū mittit. Itē patia sine discretō ne remissum i regimis vigore fac̄. cū sub spē hūilitatis rebelles ñ repmit. ij. Paralip. xiij Roboā erat rudis ꝛ corde pauido. nec pote rat resistere eis. s. q̄ dño ꝛ sibi opposuerant.

Itē sine discretōe q̄lecūq̄ bonū exēplū i efficax fit ad edificādū alios. sic bon⁹ cib⁹ ñ est delectabil̄ sine ꝯdimēto salis. Leui. ꝑmo In oī oblatōe tua offeres sal. Ro. xij. Rōna bile obsequiū vr̄m. Si recte offeras. rctē aūt nō diuidas peccasti. h̄ est. bona facere ñ sufficit nisi discrete ꝛ qualit̄ ꝛ qñ ꝛ vbi ꝛ q̄re agendū fuerit videat̄. Quis aūt plurima sint circa q̄ oꝫ rectorē eē circūspectū q̄ ñ pñt breuit̄ poni. tñ q̄ttuor vident̄ ꝑcipua in q̄b̄ debet ei⁹ ꝓuidētia vigilare. Uñ Exod. xxviij iubet̄ pōtifex ingrediēs sanctuariū vt ministret dño. int̄ alia ornamēta sp in pectore rōnale iudiciū deferre. ꝛ i ipo q̄ttuor ordies gēmaꝝ. ita ꝙ q̄libet ordo tres lapides ꝯtineat ꝑciosos auro inclusos ꝛc̄. Pōtifex domio mistrās sanctuariū ingredit̄ cū ꝑlat⁹ curam aīaꝝ suscipit. vt i eaꝝ saluatiōe deo ḡtissimū ꝑstet obsequiū. Nullū eñ dō ḡt⁹ sacrificiuꝫ q̄ꝫ zel⁹ aīaꝝ. Qui int̄ alia v̄tutū insignia sp debet rōis iudicio q̄ttuor ad officiū suū spectātia i pectore v̄sare Primū est quō in statu debito ꝯmissos sibi gubernet. vt boni sui ꝓficiāt ꝛ ꝑsistāt. Secūdū quō lapsos ꝛ deuios corrigat ꝛ emēdet. Tertiū exteriora negocia q̄ req̄runt̄ ab eo ꝯgrue disponat.

Quartū quō se i his custodiat et gerat

Tres lapides i singulis v̄sib̄ sūt tria ad singula coꝝ q̄ttuor ꝑtinētia. Ad statū debitū tenendū ꝯuenit vt rector oīm subditorū mores ꝛ ꝯsciās ꝛ vires ꝑspicue agnoscat. vt s̄m qō vnicuiq̄ expedit on⁹ obs̄uātie r̄gularis iponat. Nō eñ oēs oīa pñt equalit̄. et vn⁹ q̄ꝫ ꝓpriū hꝫ donū ex deo ali⁹ sic ali⁹ vero sic. Nūe. iiij. Aaron ꝛ filij ei⁹ intrabūt. ipi q̄ꝫ disponēt onera singuloꝝ. ꝛ diuidēt q̄d portare q̄s debeat. Aaron ꝛ filij eius sūt prelati maiores ꝛ minores q̄ debēt itrare. i. interiora cuiusq̄ agnoscere. ꝛ scd̄m qō ꝯuenit singulis on⁹ religiose ꝯuersatōis iponere. Et ꝓpter triplicē obseruātie q̄litatē q̄ sūt tres lapides ꝑciosi. in ꝑmo v̄su q̄ttuor ordinū ꝑdicatoꝝ. Prima obseruātia ꝯsistit in ill̄ que sunt iuxta cuiusq̄ ꝓfessiōis formā de necessitate salutꝭ. q̄ ita annexa sunt ordini ꝛ regule. vt coꝝ trāsgressio temeraria iducat mortale pctm̄. vt est obediētia ꝑcepti. volūtaria paupertas. castitas. ꝛ alie ꝑceptorie impata. in q̄bus locū nō hꝫ dispensatio mgr̄i. cū ꝛ ipe sit ad ea seruāda ligat⁹ Hec necesse est ꝑlatum vigilant̄ agnoscere. q̄ꝛ tenet̄ ea facere ab omnib̄ studiose s̄uari. ꝛ nolētes cogere ad s̄uādū. ꝛ ꝓ nulla cā ꝑmittere q̄ꝫtū in se fuerit aliquē ꝯtraire. etiā si magna ꝓpt̄ h̄ sibi ꝛ fratrib̄ tribulatio seu dispēdiū imineret. Ro. viij Quis nos sepabit a caritate xp̄i. tribulatio an āgustia. an ꝑsecutio. an fames. an nuditas an ꝑicl̄m. an gladi⁹. q̄si dicat. nō dꝫ. Hoc ē ꝯ̄ illos q̄ dicūt. si sic vl̄ sic. nō acq̄rerent̄ necessitas frib̄. nec possent h̄ aliq̄ten⁹ sustētari Cū tal̄ forma ꝯq̄rēdi est ꝯ̄ regulā ꝛ i scādalū ꝛ religiōis deformitatē. Meli⁹ est ibi nō esse r̄ligiosos vbi nō pñt vl̄ volūt viuere vt religiosi. q̄ꝛ tūc nec ipi ꝓfiūt. nec alij d̄ ipis scādalizātur. Math. xviij. Qui scādalisauerit vnū de pusill̄ istꝭ. expedit ei vt ꝛc̄. Quid ḡ q̄ m̄ltos ꝛ magnos scādalisat. Ista ꝯsideratio ꝑma dꝫ esse gēma lucēs i pectore pōtificꝭ. i. ꝑ oib̄ curāda Scdā v̄sat̄ ēca illa q̄ spectāt ad exercitium altioꝝ ꝑfectōis. s. singl̄aris patie āmirāde. hūilitatꝭ stupēde. caritatꝭ ardue. sobrietatis eximie. paupratꝭ ꝛ sublimis deuotōis. et silium v̄tutū. ad illas dꝫ rector ꝯmissos exhortatōib̄ ꝛ monitꝭ exēplis efficacib̄ affligere ꝛ attrahe magꝭ q̄ꝫ inuitos cogere. Cōsilia ei ꝑfectōis suadēt̄. nō ipantur ꝑter ea q̄ i

voti emissiōe exp̄mūr. vt ꝯtinētia. Precipua tm̄ cā monastice istitutōis fuit vt eēt schola palestral' exercitij pfectōis. Palestra vt dr̄ fuit lud⁹ nude luctātiū q̄ se oleo pungebāt. ne a colluctātibꝫ teneri possēt. ⁊ ita ad trā deici. Et apte similat luctami religiosoꝝ. Coꝛ. ix. Ois ei q̄ in agone ꝯtēdit ab oībꝫ se abstinet. Rector igr̄ ⁊ hāc gēmā ferat i pectore vt sectatores suos doceat ⁊ puocet n̄ solum viam tenere q̄ saluēt. sꝫ etiā ad pfectōꝫ tēdere p quā sblimē i celo glīaꝫ assequant. Tertia ꝯsistit i illis q̄ nec sūt d̄ pura necessitate salutis nec d̄ eminētia pfectōis sꝫ tm̄ ad vtri⁹q̄ acq̄sitōꝫ ⁊ ꝯseruatōꝫ a sctis prībꝫ apte statuta sūt ad exercitiū bonoꝝ opꝫ ⁊ d̄corē ipi⁹ religiōis. ⁊ ad edificatōꝫ intuētiū. vt sunt ieiunia. silētiū. solēnitas diuinoꝝ officioꝝ. ⁊ extriores corpaliū exercitatōnū honestates. q̄ iuxta aplm̄ tā vtiles sūt. Thi. iiij. sic instrumēta p artificijs. q̄ possent ⁊ alit pagi a pitis. cuꝫ pus fuerit artes q̄ talia instrumēta vn̄ discret⁹ plat⁹ cū nccītas exigit vl' maior vtilitas reqrit dispēsat i cā p talibꝫ p loco ⁊ tpe sine difficultate cū viderit expedire. Ubi āt maior vtilitas vl' nccītas nō exigit studiose faciat ea huare. In h̄ indiget plat⁹ n̄ modica discretōe vt sciat int' rigorē ⁊ remissiōꝫ mediū tenere. Si āt nimis fuerit rigid⁹. ⁊ ipe min⁹ erit dilect⁹ fr̄ibꝫ ⁊ illi minus erūt volūtarij ad alia q̄ vtiliora ⁊ necessariora forēt. Rursū si fuerit pl⁹ q̄ ꝯuenit remissus i talibꝫ. cito maior dissolutō subseqt'. Qui spernit modica paulati decidꝫ. Circa lapsoꝝ correptōꝫ discretō plati silr' vigere debet. Hic ē ordo scōs tres gēmas ꝯtinēs. q̄a triplex ꝯtinētia ad h̄ ē nccāria. sic sūt tria genera delinq̄ntiū. Quidā ei cū deliq̄rūt. mox aut int'⁹ mori a spū. aut foris correpti ab hoīe ad pnie remediū ꝯfugiūt. His cuꝫ clemētie fomētis medic⁹ spūal' remedia satisfactiōis sic tpata dꝫ adhibere. q̄bꝫ ⁊ satisfaciāt d̄o d̄ offēsis ⁊ pxio de scādalo. vt ceteri peccare magis timeāt. ⁊ tm̄ ꝑp' leuitatē remedij ipos n̄ peniteat se pnie submisisse. Gal. Si poccupat⁹ fuerit hō i aliq̄ delicto. vos q̄ spūales estis. sb audi medici. hmōi istruite i spū lenitatis. ꝯsiderās temetipm̄ ⁊c̄. i. talē ei satisfactōꝫ iponite p quā cognoscat pōd⁹ reat⁹ sui. ita tm̄ clēm̄ter sic tibi met velles aliū ꝯpati si tu̇ pctō delinq̄res. Et h̄ est vna gēma scōi ordis discretio tal'. A q cū delinquūt. tegūt palliāt. d̄' endūt. ⁊ vir⁹ inter⁹ latet. Et lꝫ rector ex certis indicijs dep̄hēdat ibi saniē putridā eē collectā tm̄ nō ita erūpet exteri⁹. nec p euidēs testimoniū. nec p volūtariā ꝯfessiōꝫ q̄ possit oportune ferro apte correctōis secare. Si corripit nō pficit. ⁊ videt' magis vicioꝝ diffamator q̄ viciosoꝝ corrector sꝫ monet' ⁊ dissilat. vrit' et anxiat' tā p aīa fr̄is q̄ p se. q2 nō corrigit delinq̄ntē. Cū ḡ aliud ꝯgrue facere non possit portet dissimulet. patiāꝫ suā exerceat. Et qd̄ arguēdo nō vꝫ. orādo laboret obtinere. vt aut d̄s cit⁹ demū corrigat. aut latētē ei⁹ maliciā detergat vt aliqd̄ r̄mediū apponat. Sic dn̄s iudā pditorē diu tacite tolerauit q̄ euꝫ apte nō corripuit donec intm̄ ei⁹ iniq̄tas creuit q̄ p se patent' erupit. Que q̄ diu latuit lꝫ in se letalit' egrotaret. tm̄ alijs nō nocuit. ⁊ iō irrep̄hensibilit' potuit tacite tolerari. Mat. xiij. Sinite vtraq̄ crescere vsq̄ ad messē. i. zizania cū tritico. Apoc̄. vlt. Qui i sordibꝫ ē. sordescat adhuc. Dꝫ tm̄ talibꝫ vbi pt caute caueri ab occasiōe peccādi. ⁊ i cōi moneri dn̄t vt resipiscāt. Mat. xxvj. Ue hoī illi p quē filius hoīs tradet'. Sꝫ cū ad tā singl'are facinus n̄ potuissꝫ iudas subito puīsse nisi diu paulatim i deteri⁹ sp plapsus. apparet euꝫ a dn̄o i malo statu diu occulte toleratū. Ego tacēs ⁊ q̄si nō vidēs. Tal' ḡ dissimulatio in corde rectoris m̄lta discretōe indiget vt i neutro deuiet a iusto. Et h̄ est gēma scōi ordinis scōa in pectore sacerdotis. Tertij offendūt ḡuit' apte ⁊ nō recipiūt debitā correctiōꝫ. vl' ficte recipiūt. q2 nō emēdāt'. ⁊ alij ex eis fiūt deteriores. vl' scādalisant' de ipis. vl' imitari eos incipiūt si vidēt eos ipune peccare. volētes sibi parci sic illis pcit'. Ubicūq̄ ḡ q̄tuor illa ꝯuenīūt. s. grauit' aperte peccare. ⁊ nō esse spē correctōis ꝑp' obstinatōꝫ seu inueteratā mali ꝯsuetudinē ⁊ alios infici p ei⁹ exēplū vl' scādalisari. q2 t'lia tolerāt'. q̄d restat nisi vt ouis morbida abiciat' ⁊ mēbꝝ putridū p̄cidat' ne sana ide inficiāt' ⁊ corrūpāt'. Gal. v. Utinā ⁊ abscidāt' q̄ vos ꝯturbāt. Coꝛ. vj. Auferte malū ex vobmetipis. Et si infidelis discedit discedat. Lu. xiij. Succide ḡ illā. s. ficū infructuosam. vt q̄d etiā trām occupat. Mat. vj. Ois arbor q̄ nō fert fructū bonuꝫ excidet'. Nū. v. Precipe filijs isrl' vt ejiciant d̄ castris oēm leprosū ⁊ q̄ semie fluit pollut⁹q̄ est sup mortuo ne ꝯtaminēt ea cū habitauerint vobiscū ⁊c̄. Ad ista tm̄ nō debēt ipetu ferri sꝫ maturo ꝯsilio prudētū. ⁊ spm̄ dei ⁊ donū ꝯsilij hn̄tiū. Oia cū ꝯsilio fac ⁊ p⁹ factū nō peniteb. Mat. xviij. Qui scādalisauerit vnū

ex pusillis istis q̄ in me credūt. expedit ei vt su
spē. mo. asi. in collo ei⁹ 𝔷 demergat in pfūdū
maris. H̄ est cui⁹ vita i habitu religiōis magis
scādalizat simplices q̄z edificet. expedit vt fo
ris missus. sol⁹ dānet q̄z p eū sacra religio cō
taminet. Terti⁹ ordo v̄sat circa negocia
q̄ p p̄latū sūt disponēda. Quoꝝ alia expedit
vt aliis disponēda cōmittat. alia p seipm̄ di
sponat. alia p̄cidat 𝔷 remoueat q̄tū vz Sic
xp̄s cōmisit alia discipul' pcurāda. vt iude lo
culos. sibimet retinuit p̄dicatōis 𝔷 curatōis
officiū. Lu. xij. Requisit⁹ vt int' frēs q̄sdā here
ditatē diuiderz. rn̄dit Nō q̄s me constituit
iudicē aut diuisorē int' vos Exteriora 𝔷 tē
poralia corpal' necessitatis officia si p seipum
voluerit actu disponere. ipedit' ab interiorū
𝔷 melioꝝ puisiōe. q2 sp̄us ex se mētis ocul' s
min⁹ videt interiora 𝔷 necessariora saluti Ex
odi. xviij. Esto tu pp̄lo i his q̄ sūt ad deū. 𝔷 le
uius feres ptito i alios onere. s. leuioꝝ. Act
vj. Nō est equū nos relinq̄re v̄bū di 𝔷 mīstra
re mēsis 𝔷c. Si alios n̄ hr̄et q̄bꝫ curā exteri/
orū ꝯmitteret. poti⁹ deberz ab alio fraudē in
t̄palibꝫ pati q̄z ip̄e p̄lat⁹ in talibꝫ occuparetur
exēplo xp̄i q̄ sciēs iudā esse furē. tn̄ pmisit eū
exteriora pcurare Jo. xiij. Fur erat 𝔷 loculos
habebat 𝔷 ea q̄ mittebāt' portabat. Nocē ꝯ
illos q̄ facili⁹ inueniūt q̄bꝫ curā aīaꝝ cōmit/
tāt q̄z reꝝ suaꝝ t̄paliū. cū incōpabilit' maius
sit dispēdiū piclitari aīas q̄z res pire Spi
ritualia v̄o 𝔷 q̄ ad salutē necessaria sūt 𝔷 pfe/
ctū v̄tutū. p̄ncipalit' dz aīaꝝ custos et rector
sibimet curāda retinere. cū h̄ sint de subā of
ficij pastoral'. 𝔷 de his maxie sit i iudicio rōez
dn̄o reddit'⁹. Hec sūt. q̄lit' regl'a studio
se s̄uet' 𝔷 alia statuta 𝔷 ordīs disciplina Itē
q̄ pax 𝔷 dilectio sit int' frēs. Itē ad ip̄m p
tinet ꝯscias singuloꝝ agnoscere. 𝔷 de q̄buslī
bet pplexitatibꝫ expedire. picula pctōꝝ pui/
dere 𝔷 p̄cauere. monere frēs vt pficiāt. corri
gere corrigēda. elucidare dubia. iformare si
gulos q̄lit' officia sibi cōmissa ꝯgrue āmi/
nistrēt. q̄ 𝔷 fribꝫ put ꝯuenit sufficiāt 𝔷 ꝯsciaz
nō offendāt. Ubi v̄o nō p̄t hoībꝫ satisfieri ni
si cū offensa dei. ibi s̄uet' ad deū obediētia. 𝔷
ad hoīes paria. Actu. v. Obed. re oportz
deo magis q̄z hoībꝫ. Prelat⁹ v̄o gerit vicē ca/
pitis i corpe fraternitatis vt cū alia mēbra de
dita sūt actōibꝫ sibi cōpetētibꝫ. caput oībꝫ p̄si
dēdo puideat q̄si oīm sensuū capax. 𝔷 oīa re
gens 𝔷 sensū 𝔷 motū oībꝫ trāsmittēs p iussio
nes vl' ꝯcessiōes scē obediētie q̄si q̄rundam
cōpaginatōe neruoꝝ. vñ 𝔷 caput singl'ari acti
one nō occupat' vt vacet oīm mēbroꝝ puisi
oni. Oībꝫ eni pficit. p oībꝫ audit. odorat. gu
stat 𝔷 loquit'. Sic 𝔷 p̄lat⁹ sibi ꝯmissis. Heb.
Ipi eīn puigilāt q̄i rōem p aīabꝫ vr̄is reddi
turi. Supflua v̄o 𝔷 n̄ necessaria saluti vl' pfe
ctui aīaꝝ negocia expedit p̄cidere 𝔷 tā a se q̄z
a fribꝫ q̄tū oportune poterit remouere Cū
eīn pp̄t t̄pis breuitatē 𝔷 diei maliciā vix ne
cessariis sufficim⁹ disponēdis. si supuacuis l'
alienis volum⁹ occupari negociis. negligi/
mus vtiliora 𝔷 meliora cū distract⁹ animus
ad plura. fit minor ad singl'a puide pagēda.
Inde fit aliq̄tiēs cuz p̄lati 𝔷 religiosi nimis
se exteriorībꝫ occupatōibꝫ iplicāt edificioꝝ. li
broꝝ. causaꝝ 𝔷 alioꝝ q̄bꝫ fructuosi⁹ carerēt.
𝔷 nō solū meliora iterim negligāt sz etiā ꝯsci
entiā sepi⁹ inq̄nēt. 𝔷 ex vsu exterioꝝ tenebre/
scat ocul⁹ mētis ad ꝯtēplatōz sp̄ualiū 𝔷 iterno
rū. 𝔷 tepescat ad desideriū supnoꝝ. Sic eīn
hūores noxij affluūt vbi fuerit i corpe lesio
nisi caute remoueant'. ne fiat ibi tumor vl' vl
cus. ita 𝔷 negocia crescūt ad extinctōz sp̄us.
q̄ se eis acq̄euerit occupari. Iō discretio p̄la
ti dz puide p̄spicere q̄d ex q̄libz euētu possit
ꝯseq̄. 𝔷 q̄ negocia admittere. vl' q̄tū expedi/
at ea exeq̄ circūspecte rimari Eccl. xj. Fili ne
in multis sint act⁹ tui. Qui sarcinā satis graue
portat iprudēs ē si adhuc onera plā sibi por
tāda iponit q̄bꝫ p̄t oportune carere. Super
oīa v̄o dz semetip̄m rector circumspicere ne
aliis puidēs seip̄m negligat. ne alios saluās
seipsum i piculū ꝺmergat. Matt. xvj. Quid
eīn pdest hoī si mōm vniuersū lucret'. aīe v̄o
sue detrimētū patiat'. Hic quart⁹ ordo
gēmaꝝ triplici circūspectōe q̄si p̄ciosoꝝ triū
lapidū ornatū cōplend⁹. Joh. in. ij. canoīca
Uidete vosmetipos ne pdatis q̄ opati estis.
supple in aliis. sz vt mercedē plenā suscipiatis
Una circūspectio sui v̄sat' circa ꝯsciē se/
renitatē. vt illa sp secura sit 𝔷 mūda. Secu/
ra sit vt nihil velit agat iubeat vl' pmittat il
licitū 𝔷 indecēs. pfessiōi q̄z sue ꝯtriū in q̄ pctm̄
seu scādalū dep̄hēdat'. Mūda vt ꝺ bonis q̄
facit vl' pmouet gl'am ab hoībꝫ nō captz nec
sibimet exinde imoderate placeat. soli⁹ dī be
neplacitū in oībꝫ q̄rēs vt q̄ p eo fac. i. vice dī
etiā pure faciat pp̄t eū 𝔷 ip̄i⁹ amorē. Mat. vj.
Si ocul⁹ tu⁹ simplex fuerit. totū corp⁹ tuuz
lucidū erit. H̄ est si intuit⁹ intētiōis pur⁹ fue/
rit caritate. totū corp⁹ bone opatiōis dignū
erit p̄mio lucis eterne. Si aūt nequā fuerit

rē. Scrutet͛ ꝗ ɔsciam suā solicite dijudicās q̄d egerit. q̄d obmiserit vel agēdis. ⁊ quo fine bona fecerit ⁊ de malis doleat ⁊ ɔfiteatur ⁊ corrigat ⁊ caueat. de bonis ꝟo nō in se sed in dn̄o glorie͛. Coꝛ. xj. Si nosmetipsos dijudicarem⁹. nō vtiq̃ iudicaremur. Qui puluerē ab aliis detergit. vix pōt trāsire nisi et ipe puluere respergat͛. quē etiā in se detergere necesse habet. Lu. iiij. Medice cura teipm̄.

De bonis ꝟo q̄ facit sic letet͛ vt inde ñ extollat͛. estimās ꝙ nō ꝓpter se sꝫ ꝓpt͛ alios q̄b⁹ ꝓest de⁹ dederit ei bn̄facere vl' dicere vel sentire. Alia circūspectio sui versat͛ circa exteriores mores ⁊ ꝟba q̄b⁹ oportet eū aliis magis q̄ sibimet deseruire. Qui em̄ plurib⁹ cogit͛ viuere ad exēplū ⁊ satisfacere singul' ⁊ oībus placere. multa idiget discretōe vt medium valeat tenere. ne sit nimis trist͛ vel hylaris. nimis seuer⁹ vel leuis. nimis socialis vl' alien⁹. nimis tacit⁹ vl' verbosus. nimis dure loquēs vel blande. nimis rigid⁹ vl' remissus. nimis sepe cū hospitib⁹ vel raro. nimis laute reficiēs vl' tenuiter. nimis facta fratꝝ obseruās vel dissimulās. nimis fouens aliquos vel alios ꝑuipendēs. ⁊ similia. Cuꝫ ꝗ nō possit semꝑ teneri q̄d de oīb⁹ placeat. minus tñ deuiat si ad benignitatis ꝑtē pl⁹ declinat. ꝑ quā reddit͛ subditis magis amabil' ob quā ei libenti⁹ obtēperāt ⁊ audaci⁹ ad eū recurrūt in quib⁹ indigēt ⁊ alacri⁹ imitātur.

Ipa em̄ potestat͛ auctoritas facit eū sat͛ timendū subditis. ⁊ si huic iūgit͛ austeritatis seueritas. pauidis fit mētib⁹ onerosa. Ezec. xxxiiij. Vos aūt cū austeritate impabat͛is ⁊ cū potētia. ⁊ disperse sunt oues mee. Eccl. Noli esse quasi leo in domo tua subuertēs domesticos tuos. Hinc est ꝙ ipe summ⁹ ꝑnceps pastoꝝ dn̄s Ihs tantā nob̄ benignitatis charitatē exhibuit. vt se nob̄ faceret amabilē ⁊ ita imitabilē ⁊ ꝑ amorē sue hūanitat͛ traheret ad amorē ⁊ cognitōꝫ sue diuinitat͛ vt dum visibilit͛ deū cognoscim⁹ ꝑ hūc inuisibiliū amore rapiamur. Sic ⁊ vicari⁹ xp̄i ꝓlatus ad hoc maxime studeat a subditis diligi. vt sic facilius trahat eos ad amorē christi. In om̄i tamē dubio semꝑ magis iclinet se ad illud q̄d s̄m veritatis iudiciū ꝟtuti caritatis ⁊ humilitatis ⁊ ꝓfesse puritati mag͛ ɔsonat ⁊ euāgelice ꝑfectioni. Ultimo etiā ipa discretio que cetera om̄ia dijudicat circumspiciat seipam ne ei cōtingat vt oculo corporis. qui cū alia videat nō videt seipum. videlicet ne plus sapiat q̄ oportet sape. ne sibi plus credat q̄ expedit. ne sit sapiēs in oculis suis. q͛ teste beato Gregorio. Sicut subditoꝝ temptatio est rep̄hendere in prelatis ꝙ in multis nō recte agant. ita ꝓlatorū temptatio est ꝙ se ceteris sapiētiores estimant. Prouerb. Uidisti hoiem sapientē sibi videri. magis illo spem habebit stultus. Stult⁹ em̄ sibimet nō cōfidens querit ɔsilium a sapientib⁹ ne decipiat͛. Ille aūt qui de se plus q̄ debet ꝓsumit. etiā vbi errat recte se plerūq̃ sentire decept⁹ putat. Inter om̄es autē temptatōes videt͛ ista periculosior cuiq̃ xp̄iano scꝫ ꝓprio sensui nimis inniti. Cū enim nemo reperiat͛ ita ꝑspicacis intelligētie. q̄n possit in aliquib⁹ falli. qui hoc totū ⁊ solū reputat iustum q̄d ipe senserit. astuto aduersario ad varias seductiōes sub specie boni liberū aditū pādit. Ps. Sedet in insidiis cū diuitib⁹ in occultis vt interficiat innocentem. Ibi em̄ libenti⁹ insidiat͛ vbi maiores meritoꝝ diuitias cernit inueniri. vt ibi innocentē inquirat ⁊ occidat vbi se deo magis obsequiū ꝓstare sperabat. Unde cautū est semꝑ rectori consilia libēter audire ⁊ humiliter querere. Et in hoc triplex humilitas ɔsistit. Prio si alii idem sentiūt q̄d ⁊ ipe. securior est ꝙ nō decipiat͛. Secūdo quicq̄d fecerit cū prudentum ɔsilio si aliq̄d inde euenerit ɔtrariū. minus ei poterit iputari q̄ si ꝓ suo tm̄ sensu id fecisset. Tertio ꝙ sepe in merito humilitat͛ talis deus dat ei agnoscere ꝑ se vel aliuꝫ q̄d ante nō intellexit. Hinc moyses cui de⁹ facie ad faciē loquebat͛ ɔsiliū ietro soceri sui gratū habuit ⁊ seruauit. Exod. xviij. Hinc apostolus paulus spūsancto replet⁹ euāgeliū q̄d ꝑ reuelationē Ihu xp̄i didicerat. ipi⁹ instinctu ascenderat hierl'm. Gal'. ij. Cū petro ⁊ Iohe ⁊ Jacobo coapostol' suis ɔtulit vt esſꝫ securior in ꝑdicādo cū ab eis nō discordaret. et exemplū ꝑ h̄ daret fidelib⁹ ꝓlatis ɔsiliū req̃rēdi. Om̄ia cū ɔsilio fac. ⁊ p⁹ factū nō pe. Aliq̄ ꝟo cū ad offm̄ regiminis assurgūt. ita se ɔtinuo repletos spiritu scientie reputāt vt om̄ia antecessoꝝ suorū facta stulta iudicent ⁊ ꝑuersa alii vero ecōuerso cum ab eodem absoluuntur officio quecūq̃ successores eorū faciunt sibi nō ɔdemnāt non attēdentes ꝙ sicut ipi alioꝝ facta deprimūt. ita eorū facta alii pnt despicere. Isa. Ve q̄ spernis. nōne ⁊ ipe sperneris. nulloꝝ em̄ facta tā studiose solent ab aliis obseruando notari sicut illoꝝ q̄ aliorū

facta seuere dijudicāt. si forte in q̄ ipsi alios
arguūt rep̄hēsibiles rep̄hēdāꝛ. Sūt ei duo
genera hoīm q̄ ꝯsilia prudēs rector n̄ faci/
le dꝫ recipe. s. adulatores ⁊ d̄tractores Primi
istoꝝ seducūt eū vt magꝭ d̄ se q̄ expedit p̄su
mat. Isa. Qui btm̄ te dicūt ipi te decipiūt. ⁊
viam gressuum tuoꝝ dissipāt ne d̄ te v̄a sen/
tias i hūilitate ꝑpter ꝯgnitōis Scōi idducūt
eū vt peiꝰ q̄ hꝫ de alijs suspicādo sentiat. et
sepe innocētes ꝯdēnet. Et p̄us q̄ v̄itatez rei
plene cognoscat Hester. xvi. Aures p̄ncipū
simplices. ⁊ ex sui natura alios estimātes calli
da fraude decipiūꝛ. ⁊ malis q̄rundā suggesti
onibꝫ regū studia dep̄uanꝛ. vt eos q̄ credita
sibi officia diligēter obſuāt ⁊ ita cūcta agūt
vt oī laude sint digni. mēdacioꝝ cuniculꝭ co
nenꝛ subuertere ⁊c. Cū aūt tribꝫ de causꝭ
soleat req̄ri ꝯsiliū. s. ꝑpt emēdatiōez. vt discaꝛ
de q̄ dubitaꝛ. ꝑpt auctoritatē vt magꝭ habe/
at vigorꝭ q̄d p̄ tales ꝯsultū fuerit. ⁊ ꝑpt pacē.
ne habeāt aliq̄ occasionē murmurādi. Pro
pter p̄mā cām ꝯsulēdi sūt prudētiores. ꝑpter
scdam noiatiores. ꝑpter tertiā oēs ad q̄s ne
gociū ꝑtinere videꝛ. Sꝫ q̄r singlaria sine
nūero sunt. i q̄bꝫ discretio ē necessaria. d̄ q̄bꝫ
nō p̄t dari certa ⁊ cōis regl'a q̄ valeat p̄ oibꝫ.

Sexta ⁊ vltima ala sine q̄ relique ꝑfici n̄
valēt marie ē necessaria. vt sit deuotꝰ ad deū
p̄ quē zelꝰ iusticie accēdiꝛ. pietas ꝯpassiōis in
fundiꝛ. paria roboraꝛ. exēplū bonū ꝯdiꝛ. di/
scretio clarificaꝛ. Hec ē vnctio spūs. docēs
de oibꝫ q̄ expediūt saluti. j. Jo. ij. Uos vncti
onē habetꝭ a spūsctō ⁊ nostꝭ oia. ⁊ nō necesse
habetꝭ vt aliq̄s vos doceat. sꝫ sicꝫ vnctio eius
docet vos d̄ oibꝫ deuotio mētē illumiat ad
cognoscendū q̄d sit meliꝰ. Jo. xiiij. Docebit
vos oia ⁊ suggeret. inflāmat ad appetēdū bo
nū. Ecci. xxiiij Qui edūt me adhuc esuriēt.
⁊ q̄ bibūt me ⁊c̄. Roborat ad ꝑficiēdū. Deꝰ ē
eīm̄ q̄ opaꝛ in nob ⁊ velle ⁊ ꝑficere p̄ bōa vo/
lūtate. fac̄ horrere pctā Ps Iniq̄tatez odio
habui. apoc̄. x. liber comestꝰ dulcꝭ gustu ama
ricat ventrē. Actōes ordinat ad v̄tutes. Cā
ticoꝝ. ij. Introduxit me rex i cellā vinariam
ordinauit i me caritatē. Mores exteriꝰ cō/
ponit i v̄ba. Thob. iij. Nūq̄ cū ludētibꝫ mi/
scui me. neq̄ his q̄ i leuitate ambulāt. Sciē
tiā fidei dulcē reddit. Ecci. vj. Sapia s̄ꝫ no
mē suū est. i. sapida scia. Spem i fiduciā eri/
git. Ro. viij. Ip̄e spūsctūs reddit testioniūꝫ
nob q̄ sumꝰ filij dei. Amorē di accēdit. Ro. v
Caritas di diffusa ē in cordibꝫ n̄ris p̄ spūm
sctm̄ q̄ datꝰ est nob. Deo familiarē effic̄. Ex
odi. xxxiij. Loq̄baꝛ dn̄s cū moyse sic̄ hō loq̄
solet ad amicū suū. Dat fiduciā ipetrādi pe/
tita. j. Jo. iij. Fiduciā hēmꝰ ad deū ⁊ q̄dcūq̄
petierimꝰ accipiemꝰ. Orōem ipinguat. Ps̄.
Holocaustū tuū pingue fiat. Ecci. Impin/
gua oblatōēꝫ. Piū ⁊ affectuosū fac̄. Sap. vij
Suauis. humanꝰ. benignꝰ ē spūs sapiētie.
Cor hūiliat. Isaie. Sup quē reqescet spūs
meꝰ nisi sup hūilē. ⁊c̄. Oleū spūm p̄mit i olla
feruēte. Cōtra aduersa ꝯstātiā p̄stat. ps. Do
minꝰ illumiatio mea ⁊ salꝰ me quē ti. Rom̄.
Quis nos sep̄abit a charitate xp̄i. Oia op̄a
bona dlectabilia fac̄. Sap̄. viij. Nō hꝫ ama
ritudinē ꝯuersatio illꝰ nec tediū. sꝫ leticiāꝫ ⁊
gaudiū. Mentē in sup̄na eleuat. Si direxe
rit ad deū cor suū. spm̄ eiꝰ ⁊ flatū ad se trahet
Mūdū vilescere fac̄. Eccs. j. Uidi q̄ fiunt
cūcta sub sole. ⁊ ecce oia vanitas. Desidera/
re celestia cogit. Phil'. j. Coartor e duobus.
Desideriū hn̄s dissolui ⁊ eē cū xp̄o. Pecca/
ta delet ⁊ penas pctī. Lu. vij. Remittūtur ei
pctā m̄lta q̄m̄ dilexit mul. Merita s̄blimat.
Sap̄. viij. Si diuitie appetūꝛ q̄d sapia locu
pletiꝰ q̄ oia opaꝛ. Proximos marie edificat
Ecci. xiv. Offerre illi incēsum dignū in odo
rē suauitatꝭ. Cor. ij. Xp̄i bonꝰ odor sumus.
Demōes fugat. Thob. vj. Fumꝰ eiꝰ extricat
oēe genꝰ demonioꝝ. Anglos iuitat ⁊ sctōs
Ps̄. Preuenerūt p̄ncipes ꝯiūcti psallētibus.
Thob. Qn̄ orabas cū la. ⁊c̄. Hec ⁊ m̄lta
alia deuotōis grā ꝯfert. iō p̄cipue rector aia/
rū studiosꝰ eē dꝫ eā hr̄e p̄ quā sp̄ informeꝛ q̄d
faciat. adiuueꝛ vt possit. ꝯſueꝛ ne deuiet Nō
ei solū p̄ se orare ncc̄e hꝫ sꝫ eē p̄ illꝭ q̄ sibi com
missi sūt. q̄s n̄ sufficit sine diuino auxilio cu/
stodire. ps. Nisi dn̄s cu. ciui. ⁊c̄. Est ei platus
mediator int̄ deū ⁊ s̄bditos. vt sic negociū di
gerit apd̄ illos. docēdo. corrigēdo. sursū agē
do. ita etiā negocia eoꝝ studeat apd̄ deū fid̄
delit̄ p̄mouere. placādo. grāꝫ ipetrādo. ⁊ ꝑſ
uādo a malo. Deut. v. Ego seq̄ster ⁊ mediꝰ
fui int̄ dn̄ ⁊ vos. Alia aūt ē d̄uotio cōis. alia
spālis. alia assidua. Cōis i diuīs officijs. spe
cialꝭ in orōibꝫ. assidua i oibꝫ agēdis. Circa of
ficia dina triplicē dꝫ hr̄e diligētiā d̄uotiōis. s.
vt oia fiāt ordiate ⁊ n̄ ꝯfuse ⁊ sine errorꝭ hesi/
tatōe. vt q̄sq̄ d̄putatū misteriū ꝯgrue exeq̄ꝛ.
Cor. Oia honeste ⁊ s̄m or. fi. i vo. Para. xxv
dd̄ ⁊ ois exercitꝰ segregauerūt i misteriū dn̄i q̄
ꝓpheraueruūt i cytharis psalterijs ⁊ cymbalis
s̄m numeꝝ suū dedicato sibi officio fuiētes

Item vt strenue ꝛ nō pigre seu desidiose
opꝰ dn̄i .s. diuini cultꝰ officiū pagat. Hiere.
xlviij. Maledictꝰ q̄ facit opꝰ dei fraudulēt. ꝛc.
Itē vt deuote ꝛ reuerēt sine aliq̄ dissolutōe
ꝛ strepitu distincte ꝛ attēte diuia officia per
soluāt. sic in ꝯspectu angl'orum ꝛ ī p̄ntia dei
Ecci. xxxix. In oī corde ꝛ ore collauda. ꝛ bn̄
dicite nomē dn̄i. Officiū eīꝫ diuinū ī eccl'ia
spūssctūs ordinauit fieri q̄nꝗꝫ de causis.
Primo ꝓpt imitatōꝫ celestis ꝯcētꝰ q̄ scti ꝛ an
geli ī celo assidue ī p̄ntia dei eiꝰ laudibꝫ sunt
intēti. Ps. Bti q̄ habitāt ī domo tua dn̄e. in
secula sec'loꝝ laudabūt te. Cū em̄ ꝭm ꝓmissi
onē suā Matth. xxviij. Ecce ego vobiscū sū
oībꝫ diebꝫ vsqꝫ ad ꝯsūmatōꝫ seculi. Hic di/
gnet xp̄s nobiscū eē veracit tā sacramētalit
q̄ꝫ spūalit. dignū ē nos ei ꝑ modulo n̄ro ali
qualē exhibere reuerentiā honoꝝ ꝛ laudis
iuxta exēplar silitudis celestꝫ. vt ei ꝛ si nō ꝯti/
nue sic illi celi cātores saltē interpolate pro
n̄ra fragilitate psallēdo alacrit assistamꝰ imi
tātes illā q̄ sursum ē hierl'm m̄rem nostram
Gal. Scd̄o vt bn̄ficioꝝ dī memores cer
tis hoꝝ gr̄as ꝑ his laudādo ꝛ orādo ei iugi
ter referamꝰ. q̄ natꝰ in nocte ex maria ꝟgine
mane iudici passurꝰ assistit. diluculo resurre
xit. hora tertia flagellat. ꝛ post sp̄m scm̄ misit
apl'is. sexta crucifixꝰ. nona ī cruce ꝑ nob mor
tuꝰ. vespe cenās corpis ꝛ sanguis sui nob sa
cramēta tradidit. ꝛ cōpletorio sepultꝰ est.

Missaꝝ aūt celebratio nō tm̄ eiꝰ nob pas
sionis misteriū memorādū igerit. sꝫ ꝛ p̄ntie
sue gr̄am exhibꝫ. ꝛ sub forma sacri nos seip̄o
spūalit pascit Sic ḡ iustū est nos hoꝝ nūq̄ꝫ
obliuisci. ita expedit ea sp̄ recolere certꝭ hoꝭ
Isa. lxiij. Miseracionū dn̄i recordabor. lau
dē eiꝰ sup oībꝫ q̄ reddidit nobis Tertio vt
nosmetip̄os sic assidue ad d̄uotōꝫ excitemꝰ.
ꝛ ignē amoꝭ dei ꝑ h̄ nob ne ꝑ desidiā seu ali
as occupatōes tepescat ꝯtinue reaccēdamꝰ
Leui. vj. Ignis ē iste ꝑpetuꝰ q̄ nūq̄ꝫ deficiet.
quē nutriet sacerdos ī altari subijciēs māe
ligna. Ignis ē deuotōis feruor q̄ sp̄ ī altari
cordis ardere dꝫ quē sacerdos deuotꝰ sp̄ sb
ijciēdo ligna diuie laudis dꝫ nutrire. ne qn̄
exiguat ps. Bn̄dicā dn̄m ī oī tē. ꝛc. Quar
to vt simplices fideles qui ꝑ se nesciūt certa
orādi tp̄a eligere. ꝑ h̄ ad orōis studiū assue/
faciamꝰ. vt saltē tūc ad ecciaꝫ oraturi ꝯueni
ant qn̄ ibidē diuie laudis officia ꝑsoluūt. et
vt minꝰ afficiāt tedio ibi ꝑsistēdi q̄ꝫdiu corā
se vidēt clericos celebrare diuia. Luc. i. Ois

m'titudo ꝓpl'i erat foꝭ hora icēsi. Multi eī ru
des vix vnq̄ꝫ se orōi offerrēt si foꝭ nō certis
tp̄ibꝫ ī ecciam ex consuetudie ad diuinorum
celebrationem et verbi dei recitationem or
diarie vocarētur Quito ꝓpter decorem re
ligiōis xp̄iane q̄r d̄cēs ē ꝛ ꝯgruū vt si iudei ꝛ
gētiles ꝛ q̄dā heretici qn̄qꝫ ꝯuētic'la sua faci/
unt. ꝛ sua ꝓphana ibi ꝯmercia celebrāt. ꝛ ritꝰ
sue ꝑfidie obꝟuāt. m'to dignꝰ q̄ ꝟa ꝛ sacrosā
cta hn̄t sacroꝝ misteria. ꝛ ea celebrāda ꝛ vene
rāda sepe ꝯueniāt. ꝛ d̄bita ꝯditori suo laudū
solēnia ꝑsoluāt. q̄bꝫ ꝛ gr̄aꝫ dī āpliorē mercēt
ꝛ vitā etnā. ꝛ q̄bꝫ alliciāt simplices ad ꝛligio
nis scte ꝛuerētiā ꝛ amorē. Ecci. xlvij. Dedit ī
celebratōꝫ decꝰ. ꝛ ornauit tp̄a ꝛc. Int oēs
ḡ extiores obꝟuātias maior dꝫ diligētia diui
no officio adhiberi. vt sic dictū ē. ordiate fi/
at. strenue ꝛ d̄uote. Alia eī tp̄a facimꝰ ꝑ d̄o. ī
h̄ āt assistimꝰ d̄o. ꝛ itēdimꝰ d̄o. ꝛ alloq̄mur eū
ꝛ nos ip̄e. sit' ꝛ ꝑ n̄ris ncc̄itatibꝫ eꝰ auxiliū po
stulamꝰ Spēal' d̄uotō ꝯsistit ī orōibꝫ ꝑuatꝭ
ī familiaribꝫ vocaliū orōnū ꝛcitatōibꝫ. ps. le
taniaꝝ ꝛ aliaꝝ orōnū. q̄s ī secreto q̄sqꝫ ꝑ se ex
traordiarie rumināndo ꝑsoluit Mat. vj. Cū
oratꝭ dicite pr̄ n̄r. Itē ī sacrꝭ meditatōibꝫ cū
q̄s aī mētꝭ ocl'os ꝛcolligit ꝓtā ꝓpria. ꝛ mifi/
as ꝛ futa supplicia vl' bn̄ficia dī seu spālia. ex
passiōꝫ xp̄i ꝛ bōitatꝭ eꝰ dulcedinē ꝛ p̄mia reꝓ
missa. vt ex his ꝯcipiat d̄uotōis affectū timo
rꝭ vl' amoꝭ dī desiderij. meroꝭ l' gaudij spū/
alis. ps. Meditatꝰ sū nocte cū cord̄ meo. ꝛc.
Itē ī pijs erga deū affectibꝫ ꝛ lacrimis ꝛ su/
spirijs ꝛ sctis d̄siderijs amoꝭ ꝛ alijs iternis
ꝛ ieffabilibꝫ motibꝫ cordis. ī iubileis excessibꝫ
ꝛ raptu ꝛ absorptōe spūs ī deū. q̄ adherēs d̄o
vnꝰ fit spūs cū eo ꝑ pure itelligētie lucē. ꝛ co
gnitōꝫ dī ꝛ amoꝭ eꝰ ardorē ꝛ glutinosā fruē
dī ihesiōꝫ. Ro. viij. Ip̄e spūs postulat ꝑ no.
ge. inenar. ꝛc. Et si p̄latꝰ p̄pedit varijs cura
rū distractōibꝫ spāli d̄uotōi sepiꝰ itēdere. sal
tē iterdū cū optune vꝫ q̄i furtiꝛ rapi ad ora
tiōis studiū se ꝯferat ne oīno refrigescat ne ī
dissuetudīeꝫ orādi veiat. ne d̄o alienꝰ efficiat
ne gr̄a diuie ꝯpiciatōis ei q̄i insensibilit sbtra
hat. vn̄ moyses cū ꝑ ꝓpl'i negocia exteriꝰ vexa
ret crebro ī tabnacl'm federꝭ ad dn̄ꝫ ꝛcurrit
familiare ip̄iꝰ colloq̄ū ibi expetēs q̄ itriseꝰ ī
spū reficeret. Dn̄s q̄ꝫ diebꝫ p̄dicās turb no/
ctibꝫ ī orōibꝫ solꝰ ꝑnoctauit. Et lꝫ ꝑua detur
mora p̄lato orandi. tm̄ q̄r ꝓ alijs dꝫ ex officio
orare. dat ei qn̄ꝫ ꝓpt alios copiosior orādi gr̄a
vt q̄bꝫ ꝓdē agēdo possit et orādo ꝓdeē. tm̄ iꝫ

negligat q̄rere. nec abijciat cum offert᷑. ne ex
merito ingratitudinis ab eo gr̄a elonget᷑. assi/
dua deuotio sp̄ ei dꝫ adesse sic ⁊ q̄buslibet ꝓ
ficere volētibꝫ ī religiōis ꝟtute. Et ip̄a tri
plex est. Una ē iugis memoria dei añ oc̄los
cordis. ps̄. Prouidebā deū in ꝯspectu meo
sp̄. Oculi mei sp̄ ad dn̄m ⁊c̄. In oī loco ⁊ tp̄e
sp̄ dꝫ hō studere deo intēdere. q̄si sit corā eo
ꝑ mētis intuitū. Un̄ solebāt dicere helyas
⁊ helizeꝰ. iiij. Re. xviij. Viuit dn̄s i cꝰ ꝯspectu
sto. Sicut em̄ angeli q̄cūq̄ mittāt᷑. tn̄ a diui
na ꝯtēplatiōe nō recedūt. ita hō ꝟtutis pro
suo posse sp̄ dei memoriā a suo corde non re
moueat. Un̄ si aliq̄n ꝯtigerit. semetip̄m ide
redarguat. Bern̄. Om̄e tp̄s q̄ de deo nō co
gitas. puta te ꝑdidisse. Nā ⁊ si ꝓfunde n̄ pos
sis cogitatōꝫ tuā sp̄ in ip̄m defigere meditā
do. saltē memorādo cordis intuitū in eū di/
rige ⁊ cū dat᷑ oportunitas ip̄a memoria ī me
ditatōem seu orōem formet᷑. sic q̄ materiam
formāde imagīs secū circūfert vt cū habue
rit oportunitatē. aliq̄d in ea sculpēdo oꝑet᷑.
Alia est ꝯtinuū studiū deo placēdi. in om̄i
actiōe vl̄ locutōe vt sp̄ q̄si in eiꝰ p̄n̄tia caueat
vn̄ ei displiceat. ⁊ doleat si forte fecerit. ⁊ stu/
deat in q̄ ⁊ qualit᷑ ei possit magis placere. ij.
Cor. v. Cōtēdimꝰ siue absentes siue p̄n̄tes
placere illi. Om̄s eī nos manifestari oportꝫ
an̄ tribunal xp̄i. Semꝑ enī dꝫ religiosus se
gerere q̄i in ꝓximo sit tribunali sūmi iudicis
p̄sentādꝰ. Lu. xij. Estote pati qꝛ q̄ hora non
putat᷑ filꝰ hoīs veniet. Oīa n̄r̄a videt q̄ faci/
mus. ⁊ sic nō obliuiscit᷑ bonoꝝ opm ad p̄mi
andū ex diuturnitate tp̄is. ita nec maloꝝ ad
puniendū nisi ꝑ pn̄iam diluant᷑. Eccl̄i. xxiij.
Cōtemnēs aīaꝫ suā dt. Nemo circumspicit
me quē vereor. delictoꝝ meoꝝ nō memora/
bit᷑ altissimꝰ. ⁊ nō intelligit q̄m oīa videt ocu
lus eiꝰ ⁊c̄. Tertia ē. oīa agēda orōe saltem
mētali p̄uenire. ad om̄es euēt ꝰ orōe se p̄mu/
nire oīa bn̄ficia gr̄aꝝ actōe ꝓseq̄. ac laude di
uīa agēda petat a dn̄o sibi salubrit᷑ inspirari
euentū dirigi ad salutꝭ ꝓfectū. bn̄ficia auge/
ri ⁊ ꝯseruari. Sic em̄ nauta ꝓuidēs tēpesta
tē festinat sepiꝰ ingredi portū secuꝝ. ita religi
osus ad orōis portū ꝯtinue ꝯfugiat vbi om
nes ꝑiculoꝝ collisiōes euadat. ⁊ ī oībꝫ agen
dis sp̄ plꝰ orōi fidat q̄ ꝓprie industrie vel la/
bori. ij. Paral. xx. Cū ignoramꝰ q̄d agere de
beamꝰ. h̄ solū habemꝰ residui vt ad te oc̄los
n̄ros dirigamꝰ. vicꝫ ī orōne. Ps̄. Sic oculi
ſuoꝝ ī manibꝫ dn̄oꝝ suoꝝ ⁊c̄. His igit᷑ et
aliis pēnis ecclesiasticꝰ seraph. i. ꝑlatꝰ sp̄ual᷑
dn̄o sedēti sup̄ soliū excelsum ⁊ eleuatū orna
tus assistat. qꝛ p̄mas duas sup̄ caput eleuet
medijs duabꝫ corpꝰ ⁊ pedes ꝯtegat. vltimis
duabꝫ ī latū ⁊ in altū volet. vt zelū eiꝰ nō hūa
ne laudis fauor deꝑmat. nec ꝯpassionē eius
carnal᷑ incliner affectꝰ. sꝫ sursum recta inten/
tio sustollat. ⁊ fraterne caritatꝭ pietas ī altū
erigat ꝓpt᷑ retributiōeꝫ sup̄nā. Ps̄. Inclinaui
cor meū ad faciēdas. ⁊c̄. Patiētia ꝟo ⁊ vita
exēplaris ꝯtegāt eū a ꝑturbatōnū iaculis. ⁊
a nuditate inopie meritoꝝ. q̄bꝫ q̄si armis de
fendat᷑. ⁊ q̄si sacris vestibꝫ adornet᷑. Isaie. lij.
Induere fortitudine t. syō. induere vestim̄
tis gl̄ie tue. Circūspectiōe ꝟo vbiq̄ circum
uolet vidēdo q̄d ⁊ q̄lit᷑ sit agendū. ⁊ deuo
tiōis studio q̄ sursum sūt q̄rat. vbi xp̄s est in
dextera dei sedēs. sublimi volatu ad ip̄m ac
cedēs. Licet aūt om̄es q̄ p̄sunt aīabꝫ has
ꝟtutes nō possint oēs equalit᷑ h̄r̄e. tn̄ om̄ino
necessariū ē eis aliquatenꝰ nō carere tā ꝓ fru
ctu edificatōis illoꝝ q̄bꝫ p̄sunt q̄ꝫ ꝓprie salutꝭ
ꝓfectu. Quilibet etiā religiosus q̄ seip̄m hꝫ
regere ⁊ de suiip̄siꝰ regimīe rōem deo est red
diturꝰ ī extremo examīe. His alis ⁊ pennis
q̄ꝫtū sibimet indiget dꝫ adornari ⁊ in sup̄na
subleuari. vt sit feruēs ī iusticia. cōpatiēs ꝓ/
ximis ꝓpter deū. patiēs ī aduersis. bono ex/
emplo alios edificās. circūspectꝰ in oībꝫ ⁊ su
per oīa deo ꝑ orōis studiū familiarit᷑ adhe/
rens. q̄ eū in oīmbꝫ ꝓtegat dirigat ⁊ ꝓmoue
at. ⁊ tandē ad celestia euolare faciat. Quod
nobis p̄stare dignet᷑ Jesus xp̄s Amen.

Finit tractatꝰ sancti Bonauenture de
sex alis Seraphin.

Finiunt tractatus q̄ꝫplurimi sancti Bo
nauenture de volumine secūde partis. Im
pressi Argētine Anno dn̄i. M.cccc.xcv. Fi
niti sexta feria ante festum sancti Thome
apostoli.

